


¶ Venale habetur in uico sancti Iacobi/apud sanctum Benedictum:ad signum sancti Georgii,

1514,



¶ REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO. D, GVILHELMO BRICONNETO / EPISCOPO LODOVENSI DIGNISSIMO; IVDOCVS CLICHTOVEVS / HVMILLIMAM, S, D,

On parua illis debetur gratia / ſacratiſſime preſul: qui ſua ĩduſtria
contra hoſtiles incurſus munimenta parant / quibus aduerſarioꝝ
n tela retundantur / irriti fiãt eorum conatus et inſultus inanes, Vn-
de Archimedes Syracuſanus magnopere celebratur authore Plu- Archimedes.
tarcho: ꝙ cum Marcell⁹ dux Rhomanorum Syracuſas obſidione
premeret: ipſe uaria excogitarit machinamẽta / ratiõe geometrica fabricata / plutarch⁹
quibus hoſtium nauigia / tormenta et machinas magno impetu eliſit / urbẽqꝫ Marcell⁹;
diutius incolumem ne caperetur ſeruauit, At uero longe maiore gratia & lau
de cumulandi ſunt ii: qui ſuo ſtudio / in certamine litterario ueritatem licet in-
uincibilem opprimere contẽdẽtiũ ſpicula contũdunt / arma reddũt imbecilla /
et collatis ſignis eos in fugam uertunt, ut nõ preualeat cõtra ſyncere fidei pie-
tatẽ demonica cohors / et inſana impiorũ caterua; ſed obſtruat᷑ os loquẽtium
iniqua / et uictrix tãdem ueritas ꝓfugatis hoſtibus glorioſa triũphet, In quoꝝ
numero / merito inter ceteros habẽdus eſt Cyrillus Alexandrinus: inclytus ue
ritatis catholice ſatelles / ꝓpugnator ac ſignifer / & orthodoxe fidei contra he
reticoꝝ rabiem defenſator acerrimus, Qui duodecim primis huiuſce operis li
bris Arrhianos / Eunomianoſqꝫ oblatrãtes in filiũ dei et deũ uerũ benedictum
in ſecula / ꝙ creatura ſit / ꝙ patri inconſubſtãtialis et diſſimilis: ualidiſſime con
futat / rationes eorum ex ſcriptura ſacra perperam intellecta deſumptas acu-
tiſſime diſſoluẽs / et ſanctarũ litterarũ teſtimonio quaſi illato lumine: ipſorum
ueſaniam multifariã damnans. Duobus uero poſtremis eiuſdem operis libris
Macedonianos refellit blaſphemãtes in ſpiritũ ſanctũ / et inter creaturas ipſũ
connumerantes: qui rerum omnium creator / et deus eſt, quos itidem multipli
ci diuinorum eloquiorum authoritate / rationibuſqꝫ ex ea depromptis / manife
ſte impii arguit erroris, Porro in hoc authore tanta eſt differendi ſubtilitas &
acrimonia / tantum rationum acumen & robur / tã exuberãs doctrine copia /
deniqꝫ tanta conuincendi aduerſarios fidei energia & efficacia: ut ipſe exem-
plum optimo iure proponatur omnibus / qui de rebus ſacris / diuiniſqꝫ myſte-
riis differere debeant, quod intuẽtes attentius conſiderent: quomodo ex ſcri-
pturis et ſanctis eloquiis ſua depromenda ſint et contexẽda ratiocinia / aut ex
puro inferiorum ſcientiarum fonte. neqꝫ in re tam ardua / futilia agitanda ſo-
phiſmata: captiones inanes aut argutiole proponẽde, Que cum nihil aliud q̃
uanã pariant multiloquentiam: ab omnibus plane et potiſſimum ſacris diſci-
plinis / merito explodi / eliminari / et exſibilari debent. Hũc itaqꝫ Theſaurũ (nã
is preſenti libro titulus inſcribitur) gazis Perſicis ac Attalicis opib⁹ precioſio-
rem: minime paſſa eſt grauiſſima tua paternitas / nõ minus bonarum littera-
rũ ſplendore q̃ preclaris uirtutũ dotibus adornata / ampli⁹ abſcõditũ in agro
delitеſcere, ſed cõmunicato (q̃ tua eſt hũanitas) exẽplari / a Reuerẽdo prẽ dño

Dionysio Episcopo Tolonensi fratre tuo/ab urbe Rhoma misso/in publicum efferri uoluit ad communem omnium utilitatem, Cui quidem operi et ipse libens meum quantulumcūq; laborē sum impartitus:ut castigatus/amplissimi tui nominis et Domini Dionysii fratris tui patrocinio in lucē exeat/ac gratitudinis animi mei ob singularem tuam olim et frequēter in me beneficentiā nulla obliuione obliterandā/non obscurum apud te sit argumentum:cui me totū ut clientulum dedo ac deuoueo, Vale presulum decus/litterarumq; et litteratorum fautor et columen, Parisiis/anno domini, 1513,

¶ Index capitum primi libri / Thesauri Cyrilli,

¶ Capitum secundi libri index,

¶ Tertii libri index,

¶ In quarto libro hec continentur,

¶ Index capitum quinti libri.

¶Sexti libri index

¶In ſeptimo libro hec differuntur.

¶In octauo libro hec determinantur.

¶In nono libro hec continentur,

¶Capitum decimi libri index.

Vndecimi libri index.

Index libri duodecimi,

Capitum decimitertii libri index,

¶ Decimiquarti libri index.

¶ Indicis quatuordecim librorum Thesauri Cyrilli / finis,

¶ CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI LIBER QVI APPELLATVR THESAVRVS: ADVERSVS HERETICOS, Q FILIVS ET SPIRITVS SANCTVS: VNVS DEVS CVM PATRE SVNT / AD FRATREM SVVM NEMESSINVM PETENTEM CONSCRIPTVS: A GEORGIO TRAPEZVNTIO TRADVCTVS,

D maximos nos labores tua charitas frater Nemessine hortatur, Quid enim aut ad intelligendum magis arduum / aut ad explanandum difficilius: q̄ uera speculatio / que de sancta consubstantialiq; trinitate habetur: presertim cum tenuis omnino atq; imbecillis ad tantam rem comprehendendam: mens hominis sit, Lingua uero huiusmodi: ut uel que in manib9 sunt / uix possit exponere, Accedit, q, pulchritudo diuinie ueritatis sic latet: ut solis / integro animo & syncero inquirētibus / inuestigantibusq; quasi celestem thesaurum / pateat, que cōsecuti: merito audiūt, uestri autem oculi beati sunt / quia uident: et aures / quia audiūt. Luce, 10,
Non tamen labori succūbimus: sed in ipso Christo speramus rem penitus arduā per spiritus sancti gratiam absoluere, sperantes / suscepimus, Nihil aliud eni intēdimus dicere: q̄ q, Ihesus / dominus est. Id uero non aliter q̄ in spiritu sancto dicemus: ut Paulus ait, Nullus (inquit) potest dicere quia dominus Ihesus: nisi in spiritu sancto, Nam quoniam multi nō uerētur in beelzebub dicere anathema Ihesus: scripture sensum ubiq; deprauātes & uolūtatē suā spiritus sancti uerbis anteponentes / redemptorem et dominum suum & ipsi negātes / & ceteros laqueis ad errorem suum deducentes: equū atq; utile putauimus (ut tu mones) ecclesie filiis consulere / et ad singula que illi ueritati opponūt: breuiter & dilucide respōdere, Varius enim et multiplex Arrianoꝝ Eunomianorumq; error est: & multis modis uere se predicare simulat, Nam sicut muliercule turpitudini dedite / ueste atq; auro ceterisq; ornamentis et turpitudinē suam occultant / et non preuidentes ad perniciem attrahūnt: eodem modo isti uere religionis pulchritudinem fingentes / scripture authoritate errores suos conantur cōmunire, Sed qui uigilanter & cum ratione scripturas legunt: dolis ipsorum non capiuntur, sed ueram amplexi fidei professionem: clamant, Benedictus dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, Vt igitur aperte falsitatem dogmatū eorum omnes perspicere possint: ordine et breuiter ad singulas eorum calumnias respondebimus, Hoc enim modo non paruam putamus utilitatem legentibus per gratiam Christi futuram,

1, Cori, 12 (beside "mus: ut Paulus ait…")
Ps, 123 (beside "amplexi fidei professionem…")

¶ THESAVRI CYRILLI LIBER PRIMVS,

¶ Quō respōdēdū sit Arrianis iterrogātib⁹ utrū unū sit ingēitū: an duo, Cap, I

I Arriani nos aggrediātur / iterrogātes utrū unū sit qđ ingenitū est an
s duo: ut cū unū certe dixerim⁹ / & in patrē id retulerim⁹: iter creaturas
filiū cōnumerare cogamur, sic respondere oportet. Primū, qa friuola 1
et idoctoꝶ hoim iterrogatio est. Multa eni ingenitū significare iueniť
Nā igenitū est: qđ nōdū factū est / et tn̄ fieri potest. sicut a ligno scapha: & ab ere
statua, Ingenitū rursū diciť: qđ nūq̄ factū est neq; fieri pōt, ut uerbi grā: triāgu
laris figura nec fuit nec erit unq̄ q̄drilatera. Nā si q̄drilatera fiet: stati aliud erit
q̄ triāgularis. Ad hec igenitū diciť quod q̄uis sit & subsistat: nūq̄ tamē ex aliquo
fuit. Cū ergo multis modis ingenitū capiať: dicāt qd uelint in deo igenitū signi=
ficare. Respōdebūt forsan: qđ nūq̄ genitū sit, Primū igiť: indocte interrogasse
illi fateāť, deīn nos dicem⁹: unū esse igenitū. Qꝫ si ex hoc iferāt necesse oino eē /
ut genitū et factū filiū cōfiteamur: qm̄ unus solūmodo igenit⁹ / isq; pater sit: hec
audiāt, Si sapiētia & uirtus et uerbū patris fili⁹ est / eratq; semp in patre uerbū &
sapiētia & uirt⁹: nō est fact⁹ postea fili⁹ / q sic appellať & sic est. Sed quēadmodū
ex deo de⁹ / & de lumie lume effulsit: sic ex ingenito igenit⁹ / hoc est ex nō facto
nō fact⁹, Tale nāq; oportet esse uerbū: q̄lis etiā est q ipsum genuit. sic ei paterne
substātie ꝓpriū: uere inerit in filio ei⁹, Nihil ergo ꝓhibet cū unus pater sit nō fa=
ctus: uerbū quoq; qđ ex ipso est / nō eē factū. In p̄re eni semp esse: & unū cū ipso
Ioan. 10, ꝓpter nature icōmutabilitatē / esse itelligiť. Quod ipse quoq; de seipso ait, Ego
& pater unū sumus. Nā qa unū dixit: idētitatē substātie significauit, qa uero su=
mus: i duo scidit qđ itelligiť / qđq; in una deitate cōprehēdiť, ¶ Preterea si p̄ris 2
Ioan, 14, icōmutabilis imago fili⁹ est: ut p̄r in ipso uideať. sicut scriptū est, Qui uidet me:
uidet & patrē meū. necesse est nō esse factū cōfiteri: qđ ex p̄re nō facto emanat,
Quō eni in eo qđ factū est: ꝑspici unq̄ / non factū poterit? Nā si primitiuū in ima
gine sua uideť: ita certe hoc erit quēadmodū illud. Quare si filius fact⁹ est: & p̄r /
ex quo imago formata est. Quod si absurdū est: erit oino imago nō facti / simi=
liter nō facta. ¶ Preterea. beat⁹ ille Moses creationē hois narrās / deū iducit dicē 3
Gene. 1, tem. Faciam⁹ hoiem scd̄m imaginē & silitudinē nr̄am, Cū igiť nr̄am dicat: duo
signat / una scilicet spū quoq; sctō itellecto, Si ergo i hoie uno eadē p̄ris & filii ui=
deť imago: in nullo certe iter se dissimiles erūt. Factū uero & nō factū: dissilia sūt
Nō est ergo fact⁹ fili⁹: ne dissimilis p̄ri eē iueniať. ¶ Accedit. q̄ a sacra scriptura 4
oipotēs atq; dn̄s / p̄r diciť, nec tn̄ fili⁹ qm̄ oia pōt p̄r & oib⁹ dn̄atur: q̄si unū qd de
subiectis potētie ac dn̄atiōi p̄ris intelligiť, sed ipse quoq;: omp̄s & dn̄s appellať,
Sicut igiť in istis nō est fili⁹ de nūero oim: sed ad creaturarū naturā / istoꝶ termi
norū potestas tēdit, Sic & in ingenito id est nō facto: nō ad filiū sed ad creaturas
cōparatio ferť, đr aūt unū esse solūmō nō factū: qm̄ ꝑter unū deū oia facta sūt.

¶ Qꝫ melius atq; dignius est deum / patrem uocari: q̄ ingenitum, Cap, II,

Omen patris: filii nomen necessario intellectū in seipso inducit, Noia eni
n huiusmodi: alteꝶ per alteꝶ itelligūtur, Nomē uero igeniti: q̄ de⁹ scilicet
genit⁹ nō sit: genitoꝶ atq; factoꝶ mēoriā opponit, Si ergo necessaria est
fidelib⁹ sancte trinitatis cognitio: & q patrē dicit / filiū intelligit ꝑ quē pater est.
qui uero ingenitum appellat: genita & facta ex opposito uidet / a quibus necessa
rio qui factus non est distinguitur, certe multo melius est inde appellare deum /

unde filiũ quoq; cognitio sequitur:q̃ inde/unde creaturaꝝ memoria subdit̃/q̃ nihil ad cognitione sancte trinitatis cõducit, Et qui patrẽ nõiauit:deũ ab ipso significauit quod est, qui uero ingenitũ dixit:ab eo quod non est, Pater enim: filii est/genitus uero nõ est, Quæ aũt ab eo quod est/q̃ ab eo qđ non est/ cõmodius deũ nominam⁹:inde pspicuũ erit, Nã si quis ineffabilẽ incõprehẽsibilẽq; illã naturã/deũ appellabit:recte ab eo nominauit quod est, Nã cũ deũ dixit:illam naturã significauit, Si quis autẽ eo quod nõ est ipsam significet / innocẽtẽ uel idepravatã appellãs naturã:uere quidẽ dicit/sed nõ oĩno deũ significauit, Nã hoĩes quoq; indepravati et innocẽtes dicuntur;angelos etiã sanctos/tales esse credimus. Ab eo igitur quod est/ueri⁹ et cõuenietius de⁹ significabitur:q̃ ab eo qđ nõ est, ¶ Preterea, q̃ genitũ creaturã aliquãdo significat:fili⁹ quoq; hac significatione ingenitus est/quia creatura nõ ẽ, Psalmista eni canes ait ad filiũ. Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis:pre participibus tuis, Si ergo aliud est quod participat/aliud quo pticipat̃ (aliud eni in alio itelligẽdũ est, participãt eni filio genita:hoc est creature) aliud erit profecto filius q̃ genitũ/hoc est creatura que ipso participat, nõ est ergo genit⁹:id est creat⁹. Quæ si nõ est aliud a re genita et creatura fili⁹/ nec scđm naturã ab ea distict⁹: quid est opus participatiõe: uel quõ pticipare quispiã poterit eo:qđ ipse est: ps,44,

¶ Quæ ingenitũ substãtia nõ est:sed modi substãtie significatiuum, Cap, III,

i Ngenitũ quasi principiũ & causa:& est & intelligitur, Nullũ autẽ principiũ inq̃tũ principiũ est:simile aliquid sibi aut dissimile habet. At manifestũ est genitũ dissimile prorsus igenito esse, opposita eni sunt, Nõ est igitur ingenitũ substãtia: sed substãtiam de qua dicitur/nõ esse tali modo significat. ¶ Sed dicet forsan aliquis/ substãtiã quidẽ ingeniti nomie nõ significari:sed differentiã, Id absurde dicetur, Nã si oĩs differẽtia in substãtiis inspicitur:necesse nobis erit substantiã querere cuius hec differẽtia sit. Sicut uerbi grã animal diffinirem⁹/esseq; assererem⁹ substãtiã animatã sensitiuã: in hac substãtia differẽtie inspiciũt. Aliud enĩ animal rõnale est:ut homo/aliud irrationale:ut equus, Quare substãtia presupposita: differẽtie postea itelligunt̃, Si ergo ingenitũ differẽtia est:queratur substãtia cuius differentia est. Nõ eni põt differẽtia:ipsi⁹ substãtie rõnẽ possidere, ¶ Preterea si ingenitũ substãtia est/nec significatiuũ q, id de quo dicit̃ genitũ nõ sit:quomõ fili⁹ dissimilis erit patri ex quo genit⁹ est: Nã si hec noĩa nõ repugnãt inter se/per significatiões expositas:nihil phibet/similẽ scđm substãtiã pri filiũ esse, ut eni ingenitũ pro substãtia capit̃:sic & genitũ caperet̃, Substãtia uero substãtie cõtraria nõ est: inq̃tũ utraq; substãtia ẽ, ¶ Ad hec si omne ingenitũ cuilibet genito dissimile: uere q̃spiã dicet/oẽ quoq; genitũ cuilibet genito siĩe. Sed filius q̃uis genit⁹ sit/ nullã tñ habet similitudine ad ea q̃ genita id est creata sunt/est eni sup omnẽ creaturã, Nõ ergo qa ingenit⁹ pater est:dissĩlis erit filius ipsi scđm naturã/qa ex eo genit⁹ est, Nã sicut q̃uis genit⁹ est:omnes tamen creaturas excedit/nec ullam ad ipsas habet similitudinem: sic non priuabitur similitudine ingeniti q̃uis ipse genitus sit. ¶ Sed ingenitũ (aiunt) in deo substãtiã significare asseri

mus/et nomē id diffinitiuū eſſe nō dubitam9;ueluti ſiquis hoiem diffiniat ani=
mal rationale mortale/mentis et diſcipline capax, ¶ Nō ſatis docte id oppoſi= 1
tū eſt,nā ſi nomē ingeniti diffinitionē eſſe uultis:ex genere atq3 differētia uel
differētiis erit, Nō eni unq̄ ſine iſtis cōſtare diffinitio/eſſeq3 poterit, ¶ Ad hec 2
a philoſophis genera:nō una ſolūmō dictiōe ſed plurib9 diffiniri uidem9.ſicut
ſubſtantia animata ſenſitiua / uel animal rationale et mortale, ¶ Poſtremo. 3
ſi uni9 rei negatio nō ſufficit ad ſignificādā ſubſtātiā: nō erit certe ingeniti no
men diffinitio, ¶ Preterea diffinitio nō quid nō eſt/ſed quid eſt quod ꝓponi= 4
tur:querit,Ingeniti autē uox:nō quid eſt deus/ſed quid non eſt ſignificat, nā
quia genitus nō eſt:ideo ingenitus eſt.Nō eſt ergo nomen ingeniti:diffinitio,
¶ Accedit,ꝗ ſubſtātiarū aut etiā accidētiū diffinitiones non ab oppoſitis/ſed 5
ex quibus ſunt:fieri docent diffiniēdi doctrine profeſſores,Nō eni diffinit:qui
albū eſſe dicit quod nigrū nō eſt,id eni nō quid eſt:ſed quid nō eſt qđ diffinit̄
ſignificat,Ingeniti uero uox : nō eſſe genitū ſignificat/qđ oppoſitū genito ē,
Per oppoſita uero nūq̄ recte diffinies,non eſt ergo nomen ingeniti:diffinitio,
¶ Adde,ꝗ ingeniti uox multa ſignificat : et inter equiuoca iure numeratur, 6
diffinitiones aūt ſubſtātiarꝫ nō cōſtāt ab equiuocis/neq3 a multa ſignificātib9
terminis,Nō eni patebit qđ diffinit̄:ſi per huiuſmodi uocabula diffinit̄, Qua
re ingenitus nō poteſt eſſe diffinitio, ¶ Poſtremo,ſi uox ingeniti diffinitio ē: 7
cōuertet̄ cū diffinito,ſicut ſi qs hoiem diffiniēs: aīal dicat eē rōnale mortale/
mētis & diſcipline capax:poterit cōuertēdo dicere/ſi qd eſt aīal ratiōale mor=
tale mētis & diſcipline capax/hominē eſſe,Quare ſi igenitū ſubſtātia ē:& ſub
ſtātia ingenitū erit,ſed nō cōuertit̄, Nō eni oīs ſubſtātia:ingenita quoq3 eſt/
ſed ſoli deo id precipue ineſt.Solus eni:ingenit9 eſt, nō eſt ergo nomē ingeni=
ti:difffinitio/ſed ſolū nō eſſe genitū ſignificat,

¶ Qꝫ ingenitum ſubſtantia non eſt; ſed ſolummodo deum non eſſe genitū
ſignificat, Cap.IIII.

s I ingenitum ſubſtātia eſt/et ſubſtātie nihil eſt cōtrariū:nihil erit inge= 1
nito contrariū,at ingenito cōtrariū eſt genitū:ergo ſubſtātia non eſt,
¶ Preterea,ſi igenitū ſubſtātia eſt : genitū quoq3 neceſſario ſubſtātia 2
erit,nō erūt igit̄ oppoſita,Hāc eni oppoſitionē ſubſtātie nō ſuſcipiūt, ¶ Ad 3
hec.ſi ingenitū ſubſtātiā dei ſignificat/nec nō eſſe genitā ſubſtatiā notat:geni
tū quoq3 ſimiliter ſubſtātiā ſignificabit/nec genitā eē notabit, Cū aūt utrūq3
ſubſtātiā ſignificet:unde cognoſcem9 alterū nō eſſe genitū alterū genitū eē/
cū noīa nihil aliud q̄ ſubſtātiā ſignificēt? Aliis ergo noībus erit opus:q̄ poſſint
oſtēdere deū ingenitū a nulla eſſe origine.cū ipſum igenitū nihil aliud q̄ ſub=
ſtantiam dei ſignificet, ¶ Ad hec.ſubſtantia dei unum quid eſt:ſed non mul 4
ta numero,Ingenitum uero et immortale ceteraq3 huiuſmodi : nō unum ſed
multa numero ſunt.Non erit ergo idē / ipſa ſubſtantia cū ingenito & immor
tali:ſicut nec unum cum multis, ¶ Preterea ſi genitū atq3 ingenitū ceteraq3 5
huiuſmodi nomina ſubſtantiam dei ſignificent/neceſſe eſſet cum he uoces di
uerſa penitus ſignificent / ſic a diuerſis ſubſtantiam illam compoſitam eſſe;

ut cōmode noia hec possint dici de ipsa, uel si ipsa composita nō est: nō signifi=
6 cabunt hec nomina ipsa substantias / sed modū substantie quedā, ¶ Ad hec
substātia dei non dicitur aliqua de causa: nihil enī est / propter quod deus est,
ingenitus uero dicitur: quia bonitate cūcta excedit, Quod autē nulla de cau=
7 sa est: non est idē ei quod aliqua de causa dicitur. ¶ Accedit q̄ dei substātie ni
hil opponitur, ingenitū autē genito opponit̄, Quomodo ergo idē erit: substā
stātia & ingenitū? Q̄ si ipsum ingenitū substātie idē est: erit ois substātia in=
8 genita, quod impiū inuenitur. ¶ Preterea, substantie propriū est ut cōtraria
possit suscipere, Quare si ingenitū substātia est: cōtrarioꝝ erit susceptiuū, qd̄
falsum penitus reperitur, Nā creare quidē et nō creare: substantie non ingeni
to attribuuntur, quas ob causas ingenitū nō est substantia. Nā cū substantiā
dei dicūt: quasi exteriores secuti philosophos dicunt. Quare propriū erit sub=
stātie dei: ut cōtrarioꝝ sit susceptiua, Nos enī essentiā dei et esse ipsius signifi=
ficare uolētes: substātiā dei nō ꝓprie dicimus, et nomine ingeniti / nō substātiā
sed modū quo deus est: significare credim⁹. Substantia eni ꝓprie est / q̄ cū sit
sub genere: atq; cū ipsis accidētib⁹ subsistit, Tale qd aūt de⁹ nō est. quare nec
ꝓprie substātia dr̄, igenit⁹ aūt ꝓprie dicit̄. Nō ē ergo idē igenitū & substātia,
Nā si substantia dicitur qa oibus subsistit accidētib⁹ / de⁹ uero nulli accidētiū
subsistit: nō erit de⁹ substātia proprie / sed sup substātiam, Ingenit⁹ uero deus
proprie est, factus eni nō est. Quomodo ergo idē: ingenitū et substantia?

¶ Aduersus eos qui dicunt: q̄ erat duratio quando non erat filius / et testimo
nia scripture: unde colligitur uerbū dei eternum esse. Cap. V.

Ndocte nimiū dicitur ab hereticis: q̄ erat duratio quādo nō erat filius.
i Nā si uerbo dei (aiūt) attribuit̄ erat: nō erit absurdū / si etiā dicet̄ q̄ nō
erat, Nā si quis in tpe ipsū erat accipiet: ut aperte dicat fuisse tēpus qn̄
nō erat fili⁹: quō nō erit indoct⁹ / q̄ tēpus prefuisse filio audet dicere: per quem Hebre, i,
secula facta esse Paulus asserit? Et euangeliū. In pricipio erat uerbū: et uerbū Ioan, i.
erat apud deū / & de⁹ erat uerbū. Et in Apocalipsi idē Ioānes. qui ē / qui erat / Apoca. 4
et qui uētur⁹ est, Vētur⁹ enī / de uerbo dicitur / de quo etiā dicit̄ / qui est & qui
erat. Ecce nāq; ait / ego uenio: et habitabo in medio tui / dicit dn̄s, Et aperte Ioā Exodi, 25
nes / ipsum erat uerbo attribuit, Erat eni (ait) uerbū apud deū, Is autē de quo
dicitur / qui est / qui erat / et qui uētur⁹ est: etern⁹ esse certe significat̄, Innume
ra huiusmodi scripture sunt testimonia, Paul⁹ de Iudeis, Quorū patres / & ex Roma. 9.
quibus Christus scd̄m carnē: qui est sup oia de⁹ benedict⁹ in secula. Idē de uer
bo. Inuisibilia eni eius a creatione mūdi creaturis intellecta cōspiciunt̄: & eter Roma, i,
na uirtus ei⁹ & deitas, Id si de patre aliqs dici cōtēdet: in filiū rursus cōuoluet̄,
Virtus enī dei qnā sit: ipse Paulus clamat, Christ⁹ dei uirt⁹ et dei sapientia. Et i, corin. i,
psalmista similiter, Māda deus uirtuti tue: cōfirma hoc deus qd operat⁹ es in ps, 67,
nobis, Quis aūt dei uirtus recte dicitur: nisi qui a corruptione nos redemit dei
filius: & in icorruptionē reduxit? Q̄ autē loc⁹ ille scripture / q̄ inuisibilia eius
a creatiōe mūdi creaturis intellecta cōspiciunt̄: & eterna ei⁹ uirt⁹ & deitas / fi=
liū significat: sic cōprobari pōt, Scriptū ē eni, q̄ nemo cognoscit patrē nisi fili⁹; Math, ii,

et cui filius reuelauerit,Si ergo ſoli filio pater cognoſcitur / et per eum ſolũmõ
ceteris reuelatur:nõ per creaturã certe intellectus pater cõſpiciet,Sed creatu
ra quidẽ creatorẽ ſuũ / uerbũ dei eſſe cõclamat,Verbũ autẽ: in ſeipſo patrem
Ioan,14, oſtedit,Vnde Philippo dicẽti / oſtẽde nobis patrẽ:nõ a creaturaꝝ multitudine
inſpiciẽdũ eſſe patrẽ ait / ſed ſeipſũ oſtẽdit dicẽs, Qui uidet me: uidet & patrẽ
pſ,73, meũ,Preterea pſalmiſta de ipſo canit.Qui erat ante ſecula,Et Eſaias:deꝰ eter
Eſaie,48 nus / deus qui fundaſti extremitates terre , Si ergo uerbum eſt a quo extrema
terre cõſtructa ſunt: et de ipſo dicitur / quia deus eternus eſt:erat certe ſemp /
Hebre,1, et factus nõ eſt,❡Ad hec de uerbo ſcribit Paulꝰ,ꝗ cũ ſit ſplẽdor glorie / & cha
pſ,89, racter ſubſtãtie eius,Dauid quoq; ait.Et ſit ſplendor dñi dei noſtri ſuper nos,
pſ,35, In lumine tuo uidebimus lumẽ,Qñ ergo pater erat abſq; ſplendore ſuo? aut
quãdo in deo nõ erat ſplendor eius? Nã ſi lumẽ de lumĩe patris / filius eſt:quã=
do nõ erat in patre lumẽ eius? Sicut eni lucendi poteſtas ab igne ſeparari non
poteſt:ſic a patre lumẽ / quod ex eo naſcit / inſeparabile eſt,Sed regnũ quoq;
pſ.144, tuũ / Dauid canit:regnũ oĩm ſeculorũ eſt . Quare ſi nullũ eſt tempus quod in
omnibus ſeculis nõ cõtineat / & uerbũ in oĩbꝰ ſeculis regnet:nõ erat certe tem
pus quãdo filius nõ erat. ❡Adde ꝗ, diuine ſcripture:erat et qui eſt / & ſum &
erã / ceteraſq; huiuſmodi uoces:de uerbo ſolũmodo dicũt,de creaturis autem
nõ illas ponũt:ſed potius olim & pridem & antea / et fuit & factũ eſt:ceteraſq;
Ioan,14. huiuſmodi,Saluator eni cũ ꝓpriũ ſubſtãtie ſue ſignificare uelit:ego ſũ(inqt)
Ioan,8. ueritas.Ego ſum lux.Ego ſum paſtor bonus,Et ad diſcipulos , Vos inquit do=
Ioan.10, minũ / et magiſtrũ uocatis me / et bene facitis , ſũ eteni,et ego ſum uia,& ego
Ioan,13, ſum ianua,Et pater de ipſo uerbo,Tu eſt filiꝰ meus dilectus.Et pſalmiſta,An
Math,3, teq̃ mõtes fierẽt et formaretur terra / et orbis:a ſeculo / & uſq; in ſeculum tu es
pſ,89, deus.Et dñs dixit ad me:filius meꝰ es tu.de creaturis uero.ſpiritus (inquit) di=
pſ.2, uinus fecit me,Et Moſes,anteq̃ omne uiride agri fieret in terra:& anteq̃ fenũ
Iob,33, agri oriretur , et quãdo excelſus diuidebat gentes , Et ſapiẽtia de ſeipſa apud
Deut.32, Salomonẽ,anteq̃ terrã feciſſet / anteq̃ abyſſos feciſſet:anteq̃ fõtes aquaꝝ pro=
puer,8. rupiſſent / anteq̃ mõtes formati eſſent:ante oẽs colles genuit me . Et ſaluator,
Ioan,8, Amen dico uobis / anteq̃ Abrahã fieret:ego ſum,Et deus ad Hieremiã.Anteq̃
Hiere,1, in uẽtre creaſſem:te cognoſco , et anteq̃ prodires ex utero:ſanctificaui te , Et
Danie,13 Suſanna apud Danielem,Deus magnus et eternus qui nouit occulta:qui no=
uit omnia ante generationẽ ipſoꝝ,❡Sed ſi nõ erat tempus(heretici aiunt)in
quo nõ erat / ſed eternus filius et ſemper eſſe cum patre a uobis creditur : non
filiũ ſed fratrẽ ipſũ appellare debetis.❡Nos uero & coeternũ patri & filiũ cre 1
dimus,Si eni ſolũmodo coeternꝰ eſſet et nõ filiꝰ:locũ haberet hec ratio hereti=
corũ,Verũ qm̃ & eternũ & filiũ ſimul predicamꝰ:quõ frater erit genitoris ſui?
❡Deĩde ſi fides nr̃a in patrẽ & filiũ eſt / ſicut etiã baptiſati ſumꝰ:ꝗ fraternitas 2
hinc apparet? aut quõ uerbũ ꝑ fraternitatẽ illi cõiũget:cuiꝰ eſt uerbũ? ❡Pre 3
ſertim cũ non a priore aliquo principio pater & filiꝰ oriãtur ut poſſint fratres
putari,ſed pater filii principiũ eſt / & generat filiũ & ꝑmanet pater:nec frater
alicuius ſcḋm naturã eſt,Quis ergo locꝰ fraternitatis erit in iſtis? ❡Preterea, 4

eternus filius est/quia cum pater perfectus sit:et qui ex eo est/pfectus est,eter nus autem pater est,eternus ergo etiã filius est. et sic eternitas nõ accidit sub stãtie genitoris:quia semper eternus est, sic et filius quia similiter perfect⁹ est:

5 similiter etiam eternus est. ❡ Ad hec si filius dei uerbũ dei non est/sed a nihilo sicut creatura productus:hoc prius ostẽdãt, Deinde quasi de creatura dicãt: fuisse ipsum quãdo nõ erat,Sin uero filium diuine scripture appellãt ipsum/& ipse pater filiũ nominat:id pfecto nomẽ/genitũ ex patre ipsum significat,nõ est ergo creatura.qm̃ nõ est idẽ creari et generari,Nõ habebit ergo locũ in filio/nec dici de ipso pǒterit:q, non erat/sed de creaturis proprie predicabitur,

6 ❡ Accedit q, filius cũ a patre generetur:uerbũ et sapientia & splendor patris est,Quare qui asserunt aliquãdo ipsum nõ fuisse:insipientẽ et sine uerbo atq; splendore suo patrẽ fuisse asserũt,quod impium omnino est. Nõ dicet̃ ergo de filio q, non erat:sed erat coetern⁹. ❡ Sed nullã(aiunt) diuisionẽ aut incisionem natura diuina suscipere potest,nullius enim passionis susceptiua est,Diuidi autem et abscindi illis tantũmodo cõuenit:que passioni naturaliter subiacent,quare non est dicẽdus filius ex substantia patris esse: ne passio & diuisio aliqua in simplici natura inueniatur, Nam si quicquid ex alio prodiit:diuersũ numero est ab illo/partitio quedã et incisio in diuina erit natura: si nõ de foris sed ex ipsa prodiisse filiũ concedamus,de foris ergo est: et patri coetern⁹ non est, ❡ Peruerse atq; indocte:propria corpoꝶ substantie incorporee accõmodatis,In corporibus enim:passio/incisio/et diuisio fieri dicitur, Deus uero cũ incorporeus sit:nec incisus nec diuisus generat.Nõne uides q, etiã ex igni paritur lumen:nec diuisionem aliquã patitur? licet mente separetur ab eo:qm̃ ex eo prodit,Quare si quis legibus corporis incorporeã subiicit naturã: mẽtis sue imbecillitatẽ accuset/que nõ potest incorporee nature cõueniẽtia intelligere, Nam si quia ipsi eternã filii ab eterno patre generationẽ intelligere nequeũt/idcirco corporalibus incorporeã naturã legibus subiiciũt: cur ipsum quoq; patrem non negant? qm̃ quid/qualisq; natura sit:nõ potest quis dicere.Quare si fide/que super nos sunt accipiuntur/est autẽ etiã sup nos filii generatio(nullus enim ipsam enarrabit:ut propheta quidam ait) fide quoq; ipsa suscipiat̃, ita ut nullo modo de ipso cogitetur:q, nõ erat. Id enĩ: imbecillitas humanarũ Esaie. 53,

1 cogitationũ excogitauit, ❡ Q; autẽ ex substãtia patris filius est/nec de foris factus/et ideo patri coeternus:hinc etiã uidere poteritis,Nã si ex nihilo productus est/ut uos dicitis/nec erat anteq̃ nat⁹ esset:necesse est ipsũ (sicut & alias rationales creaturas) participatione dei:deũ & filiũ & sapientiã appellari, Id enĩ rationalibus creaturis cõuenit:de quibus dei pulchritudo uere dici nõ põt. Quippe quã gratia donãtis affert:ut scribitur, Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes,Habitudine enĩ quadã:adoptati ab ipso/dii efficimur. Si ergo pticipatione dei per gratiam filii uocamur:cuius participatione dicemus uerbũ/filiũ dei aut deum appellari? Non enim spiritus sancti:sicut et nos.ipse enim/de spiritu dicit,qm̃ de meo accipiet,Relinquitur ergo ut patre participet,Quis igit̃ pticipatiõis mod⁹ est/aut qd a pr̃e in filiũ deuenit; ut pticipari a filio dicatur?

Solutio cauilli, | ps. 81, | Ioan. 16,

Vt uerbi gratia. sicut ex igni calor in corpore / uel ab aliquo flore odor / uel potius sicut ad nos spiritus: de quo scribitur. qui ex patre procedit, quid igitur cū a patre exeat: ad uerbū peruenit? et utrū id ex substātia patris: an de foris sumptum? Nam si de foris sumptum est: non patre sed aliquo alio participans filius sanctificatur, quod uel solum cogitare: impium est. Sin autē ex substantia patris exire conceditis illud quo filius participat: aut diuisionē / incisionē / passionemq; nature dei accedere fatebimini, Aut si absq; passione aut diuisione in deo hec sunt: frustra conamini generationē filii euertere / diuisionē & passionem in ipsam inducentes, Nihil eni prohibet cum absq; passione atq; diuisiōe filius ex patre generatur: uiuū patris ipsum esse uerbū. et ita eternus erit: quia ab eterno prodiit patre. Sic enim & paternā nobilitatē in seipso seruabit: & uere dicet. qui uidet me: uidet et patrē meū, Non eni uideri potest pater eternus in creatura posit⁹, ❡ Ad hec, si quid filio participat: diuina natura participat, ut Petro uidetur, Et si etiā templa dei sunt omnes in quibus uerbū habitat: necesse est ex substantia dei filiū cōfiteri, Et si nihil deo de foris accidit (perfectus enim est: nulliusq; indigus) non accessit filius de foris: sed erat et est patri coeternus. Patrē enim: deum appellamus. uerbum autem: et filiū et deum, Nō ut aliū prefuisse / aliū uero postea genitum: more hominū intelligamus, sed ut aliū generare / quod patris notio est / aliū sic ex substantia patris ineffabiliter genitum: adoremus. Pater igitur est quia generat: filius quia generatur. Et id solū nominū usus istorum: ex similitudine nobis significat, Si ergo in deo patris nomen / generare solū significat: nulla ratio coget deum / qui sine tempore generat / ante proprium filium fuisse. Quare si nulla duratio inter genitorē & genitū intelligi potest: coeternus profecto patri filius est, ❡ Preterea, si deus creator secundū naturā est: neq; aduenit ei quod possit ex nihilo ea que sunt producere / cum omnia per filium creet: quomodo nō erit impiū credere / quod fuerit tempus aut duratio quādo filius non erat? non est enim aliud hoc: quam ipsum deum dicere aliquando non fuisse / sed postea quando creatur filius. Nam sine ipso nihil factum esse: Ioannes clamat, Sin uero semper & secūdum naturā / deus pater creator est: erat certe cū ipso uerbū / id est filius: per quē creator est, Nam sicut etiā ab homine omne quod natura inest / inseparabile est: sic & a deo / quod in ipso ex ipso est, Est aūt uerbū in patre: & ex patre, Inseparabile igitur: atq; coeternum, ❡ Ad hec, si patri filius coeternus nō est: necesse erit cōcedere imperfectā aliquando fuisse sanctā trinitatē / fuisseq; unitatē anteq filius esset, factā uero postea trinitatē fuisse: quādo accessit quod deerat. Et quoniam quidquid accessit / id etiā auferri potest: cauendū nequa ratio nos cogat cōfiteri rursus posse trinitatē ad unitatē redire, Quod siquis credit: ipietate ipsa magis impius est, Erat ergo semper cū patre: trinitatis plenitudo. ❡ Adde quod, si filius proprium substantie patris genimen nō est / sed ex nihilo factus: dissimilis sibi ipsi sancta trinitas erit / & creatura creatori cōnumerabitur / & una cū ipso cōglorificabitur: quod impiū est. Imago ergo deitas trinitatis est: una glorificatio / eadē domiatio, quare in diuersas substātias nō sinditur trinitas, Quō autē impiū nō erit:

Margin: Ioan. 15. (line 2); Ioan. 14. (line 12); Math. 16 (line 13); Ioan. 1. (line 14); Ioan. 1. (line 29); section numbers 2, 3, 4, 5 in right margin.

cum pater sit eternus/regnantem cum ipso filium aliquãdo non fuisse:sed postea factum/recentem nobis deum accessisse? ¶ Preterea sapiẽtie uiteq; fons
6 deus et est/et apud Hieremiam scribitur,reliquerũt me(inquit)aque uiue fontem,et rursus,Erubescant omnes qui reliquerũt te: quia fontem uite dominũ reliquerũt,Et Baruch.Fontem sapietie inquit reliquerũt, Cum itaq; sic appelletur deus:consequens est ut cum fonte sapientie simul sint/que ex ipso profluunt,Non erit eni fons:nisi aquas emittat,Qui ergo dicit fuisse tempus uel durationẽ: quando non erat filius/qui ait ego sum uita/et ego sapientia habito in cõsiliis:is aperte p̃dicat infecũdũ et siccũ aliquãdo fuisse fontẽ,quod impiũ est, fecũda ergo semp diuina natura est:et uerbũ patris p̃priũ/coeternũ ipsi est: a substãtia patris quasi a fonte proflues, ¶ Ad hec. de⁹ credẽtes in eũ quasi fon Hie.2. Hie.17. Baruch.3 Ioan.14. Pro.8.
7 tẽ quẽ aqua nũq̃ reliquit:factur⁹ est.ut per Esaiã p̃mittit.Et ipleberis inquit sicut anima tua desiderat/et pinguescẽt ossa tua:et eris quasi hort⁹ irriguus/et quasi fons quẽ aqua nõ reliquit,Si hec ergo in hoib⁹ se facturũ p̃mittit: quomodo non errant impii/qui diuinũ immortaleq; illum fontem:siccum aliquãdo fuisse opinãtur? Quod quoniã credibile non est:erat certe in fonte semper aqua uite et sapientia que inde profluit/hoc est filius dei. ¶ Accedit quod scriptum Esa.58.
8 legim⁹,unus deus pater ex quo õnia:et nos in ipso,et unus domin⁹ Ihesus Christus per quem omnia:et nos per ipsum,Sed si quis illum per quem omnia facta sunt/unum ex omnibus esse dicit: quid prohiberet illum ex quo omnia sunt/ eadem ratiõe cum ceteris õnibus cõmunicare? Quod si hoc impiũ uidetur/ si cuti est:et illud similiter impium erit. Eternus ergo et non factus:neq; unus ex omnibus filius est.Cum igitur creatura non sit/nec omnibus cõnumerat⁹:sup 1.Cori.8.
9 omnia et in omnib⁹ uerus deus esse intelligẽtur,¶ Preter hec,si deus pater lumen est:erat semp in ipso splẽdor suus, si filius character est substantie patris/ ut Paulus clamat:dicãt nobis quãdo substãtia patris sine charactere suo erat, simul enim substantia et character eius inducitur, Si ueritas et sapientia filius est:et quomodo non semper in deo patre est? Nam si pater in filio uidetur / et filius incõmutabilis substãtie genitoris imago est:sicut ab ipso dicit? . qui uidet me: uidet et patrẽ meũ,necesse est ut ei naturaliter insint omnia:que patri etiã insunt,sic enim character erit nõ diminut⁹.Sed pater: immortalis est / et rex et creator/et omnipotens/et deus uerus,filius ergo etiam hec est, Quomodo enim in re facta aut in eo qui aliquãdo nõ fuit: eternitas inerit/aut in creatura creator? Imagines enim:exemplariũ similitudinẽ semper tenent. ¶ Sed quasi mulierculas nos indoctas interrogant,Habebas autem filium anteq̃ genueris? certe non,sic ergo inquiũt et deus non habebat filiũ anteq̃ genuerat.Non erat ergo semper filius,Sed si hominum p̃pria diuine nature accõmodantes / non erubescũt:fabros etiam aliquos interrogent/si possent absq; materia opus suum efficere,et si non posse respondebunt:inferant ex hoc/deo etiam materia opus esse ad productionẽ uniuersi, et ita non erit creator:si non ex nichilo sed ex presubiecto principio atq; materia fecisse inueniatur,constructorq; magis erit q̃ creator. Q; si hoc sicut impium fugiunt:aut causam afferant/quamob- Hebre.1. Ioan.14 Remotio cauilli

rem in generando nichil plusq̄ homini deo attribuūt, in creando uero non ita: sed super hominem deum esse non negant, Aut ita deus: pater erit super hominem / sicut et creator. ¶ Sed absurdius adhuc Arrhiani interrogant: utrum cū esset filius an cū nō esset / pater eū genuerit. Quos similiter nos quoq; interrogare poterim⁹: utrū deus cum esset / factus sit: an anteq̄ esset / fuerit, Et utrū cum esset / seipsum fecerit: an ex nichilo repente ipse proruperit. In his eni omnibus: nō aliter q̄ interrogatio / respōsio quoq; ipsa impia erit, Nos uero pie dicimus: eternum patrem esse / et filium similiter eternum, Sicut enim nunq̄ erit lumē absq; splēdore suo: sic non erit pater absq; filio / propter quem pater est, Erat autē semper deus pater, erat igitur semper ille quoq; cuius est pater, Arrhiani uero sicut instrumentum audent dicere a patre filium fuisse productū: quo sibi uidelicet opus esse ad creationē omnium rerum uidebat. Sed si qui est et erat / filio qui non erat egebat: quis erit maior / utrum qui egebat: an qui egestatem supplere potuerit. Non est ambiguum: defectum hoc modo in utrisq; fuisse / et utrumq; per se imperfectū inueniri, Nam si eternus pater filio indigebat / qui postea sibi secundum eos natus est: eternitatis paterne genita filii natura plenitudo facta est / et ita inuisibilia mixta sunt, Hec quia impia sunt: non est ut instrumentū productus a patre filius, nec postea sibi natus: sed coetern⁹ est / sicut uirtus et sapientia eius, Illi uero qui quasi mulieres interrogāt: utrum habueris filium anteq̄ genueris / cur etiam non interrogant: utrum si filius tibi natus est / similis tibi secundum naturam: aut eiusdem substātie sit / an aliene. Cumq; audierint eiusdē substātie esse patrem et filium: idipsum de alio quoq; dicant / neq; ad impietatem suam tempora uel durationes considerent: sed nature identitatem in genitore et genito conspiciant, Cumq; nobis hac ratione dederint ex substantia patris generari filium: tunc de tempore solum et duratione contendant. Nobisq; respondeant / quid prohibet ne deus pater sit semper: cum necessitati nature nostre deum subiicere impium sit, nimirum enim longe distant a diuinis humana, Solem ergo respiciāt si uolūt: si lux que est ex eo / semper cum eo sit, et ab igne discant: an semper ei calor inerat, Et si cū istis semper inuenerint fuisse / que ex ipsis: quāto magis cum eterno deo filius semper erit, Nam si secundum naturam ex patre est / nec ulla ratio cogit ut in tempore uel duratiōe aliqua deus generet: erat certe coeternus patri filius / qui ex ipso est / per quem a nichilo uniuersa facta sunt. Scire igitur oportet eos qui uolunt discere: non diuisibiliter aut corruptibiliter generare deum / ut aliqua possit passio in generatiōe ipsius intelligi. diuidi eni et fluere: corporee nature ppria sunt, Incorporee uero et diuine: nec passio / nec diuisio / nec aliquid huiusmodi accidit, Nō est igitur filius quasi pars aliqua patris: sed ex ipso et in ipso. Nam quia ex ipso est: filius uocatur, quia uero in ipso: sapientia et uerbum. Coeternus igitur genitori est, nūq̄ enim intellectus compos: sine sapientia & uerbo fuisse patrem / dicere audebit, Nam si humanus intellectus uerbum ex seipso generat: nec passio ulla propter hoc sibi accidit, et uerbū quidem in mente: mes uero in uerbo / et omnino alterū in altero uidetur, nec sine uerbo: mens

Captiōes arrhianorum

et intellectus unq̃ fuit. non erit enim mens: si uerbo caret. uerbum autem dicimus non solũ quod lingua profert: uerũ etiam id quod intellectualiter ex mente prodit, Nemo certe dicet non esse in deo proprium uerbum eius: quod perfectam imaginem patris ex perfecto patre gerit / et in patre propter substãtie incõmutabilitatẽ uidetur, Quare si recte credere uolumus: necesse erit fateri / non accessisse postea deo ut pater sit, sed semp ipsum patrẽ esse, Mutabilis ꝑfecto pater esset: si non semper esset pater / ut hereticorũ furor cõfirmat, Nam si bonũ est ipsum esse patrẽ / nec fuerit semper pater: nõ fuisset deus aliquãdo bonus / quod impium est, erat ergo semper pater coeternus filio, ¶ Sed opponunt rationem similem. quoniam dicentes bonum est creare: erãt semper creature. Nam si aliquando non fuerint: uidebitur deus non semper esse bonus, sed semper inquiunt bonus est: q̃uis aliquãdo creature nõ fuerint. Quare etiã si non semp pater fuerit: bonus tamẽ fuit, ¶ Nos uero ad hec dicimus: magnã esse differentiam inter filium et creaturas, Filius enim ex substantia patris prodit: & eum statim ex quo prodit patrem esse ostendit. Creatura uero est extra substantiam, et tunc solum actu creatorem ostendit: quãdo creator creare uoluit, Quasi enim ars faciendi erat in ipso: etiam anteq̃ creaturas produxisset, Cum igitur tanta differẽtia sit: ut patre nominato filius statim intelligatur (simul enim pater et filius sunt: nec alterum sine altero intelligitur) nec uolũtatis id sit opus: sed nature proprietas, creatore uero nominato: non statim sed postea etiam possit creatura produci, idq; quoniã non est ex natura eius: sed uoluntate quasi per artem facta, quomodo nõnulli quasi idem sint creatura et filius: patrem ipsum posse appellari: etiam si aliquando filius non fuerit / similiter contendunt: sicut et creator ante creaturas poterat appellari. Artem enim habentem fabrilem: fabrum appellamus / etiam si nichil fabricetur, idq; ideo: quoniam potest fabricare si uoluerit, Patrem autem non dicimus: nisi filius natus fuerit / propter quem pater dicitur. Itaq; opera etiam si facta non fuerint: non interimunt tamẽ operatorẽ / ut ita dicam. nec faciunt: ne possit aliquis opifex nominari. filius uero nondum natus: facit ne quis pater nominetur, Non est ergo idem: creatura et filius, quoniam deus natura creator est: etiam ante creaturas, pater autem non est: anteq̃ filium generet. — Solutio cauilli

¶ Qꝫ non fuit pater ante filium: quamuis ingenitus sit, sed coetern⁹ sibi semper fuit genitus filius. Cap. VI.

Si absq; principio (Eunomius ait) et semp ingenit⁹ pater est: sicut et uos conceditis / filius uero genitus esse creditur: quomodo nõ erit necesse / ut genitus principio circunscribatur. hec ille, Nos autem dicim⁹ nullã rationem cogere: principio circũscribi genitũ / cum sit genitor ingenit⁹. Non enim de rebus corporeis sermo est: ut quod genitum est tempori subiiciatur et quasi a non esse ad esse ꝑgrediens: principio circũscribat. sed de diuina & ineffabili natura: in qua omnia ineffabiliter et ut deo conuenit / sunt, Diuine generatiõis ergo modus intellectum humanum excedit: nec legibus hominũ subiacet, sed tantum humiles nature leges superat: quantum natura humana — Eunomius

a diuina superatur, Nolint ergo principio circũscribere illum: qui super omnia
Exodi,3, principia durationis est / qui ad Mosem dicebat, Ego sum qui sum. Si uero qui semper est (hoc enim significat: ego sum qui sum) quod durationis principiũ quispiam attribuet? Eunomius autem quia ingenitus pater est et filius genit⁹: idcirco putat quia pater principium non habet / filium habere principiũ, Sed quãuis ingenitum et genitum opposita sint / et patris ac filii notiones sint: non tamen omnia opposita eis attribuũtur, pater enim deus est; neq; idcirco filius deus non est, et cum pater rex sit: et filius similiter rex est, eadem ratio erit in ceteris, Est namq; uterq; immortalis / inuisibilis et omnipotẽs. Non ergo insũt filio cũcta: que opponunt iis que patri insunt. Nam que naturalia sunt: utriq; inesse demõstrãtur. Eternus autem secundum naturam pater est, Eternus ergo etiam filius similiter est, Multa quoq; in corruptibilibus rebus uidemus oppositis nominibus nominari: et tamen in multis naturalibus conuenire, Animali enim / non animal oppositum: ut equus et planta, et tamẽ multa utriq; cõmunia sunt, Que igitur ratio coget ingenito patri et genito filio / qui oppositis nominibus distinguũtur: nichil esse cõmune? Non enim interimitur nature proprietas: quoniam alter subsistit altero modo, generatio enim: quomodo est filius / significat. id porro eternitatis rationi minime obest, ¶ Preterea si ex mortali mortale nascitur / et corruptibile ex corruptibili: contra quoq; necesse est / ut quod ex eterno et immortali nascitur: id eternum immortaleq; sit, Quare ita se natura habebit filius: sicut & genitor eius. Non est ergo factus filius, qui uero factus non est: quomodo principio circũscribetur? qui porro circũscriptus principio non est: is coetern⁹ patri est. ¶ Ad hec, qui ab aliquo principio generationem filii credunt incepisse: uehementer errant / nichil filio dei plusq̃ homini attribuẽtes, homo enim quoniã ex nõ esse incepit: necessario etiã generatio eius incepit, Et quod ex eo est: separatum a seipso habet filium suum. sed sicut deus ipse sine principio et ingenitus est: sic quia ex substantia eius prodit filius: sine principio et non factus est, ¶ Sed insuper a nobis qui coeternum patri filiũ credimus: Eunomi⁹ querit / an pater cessauit iam generare, Nã si cessauit (ut ipse opinat) generãdi cessatio inquit principiũ essendi filii est, ¶ Sed quoniã super omne tempus / et omne principium / et omne spacium / substãtia dei est: generatio quoq; dei super omnia illa est, Nec priuabitur natura diuina potestate generãdi: qm̃ absq; tempore generat, Alius enim diuine generationis modus est: q̃ humane. simul enim esse deum et generare ipsum credim⁹: q̃uis mente generatio post intelligatur, Erat igitur in ipso genitus filius, nec p̃cedit generatio eius esse ipsius: sed semper simul et est et generatur, Quare qui ausus est dicere / cessasse patrem a generando: crimine impietatis non caret, Tres enim mutationes in diuinam induxit naturam: quia tria spacia in huiusmodi generatione que cessauit necessario dantur. unum ante generationem / alterum in ipsa: tertium post ipsam, Si ergo sic deus genuit ut et inceperit / et genuerit / & cessauerit: quomodo immutatus nõ est / aut quomodo ipse
Hebre,1, seculorum erit creator? et quomodo Paulus uere de Christo dicet / per cum fa

q; diuina generatõ finem nõ habet

cta esse omnia: si durationis aliquod spacium anteq̄ natus esset secūdum furorem istorum precesserit? ¶ Adhec quomodo in tēpore genuit deus aut in spacio et duratione: qui huiusmodi naturam omnium ut cetera omnia excedit? Nec tamen omne quod generat / hoc est producit ex se naturaliter: a non generando ad generādū procedit, nec omne quod generat: generare quoq; necessario cessat. Ignis enim ex se ipso calorem qui naturaliter in ipso est et lucet / generat atq; producit: nec a non calido calidus factus est / nec cessabit unq̄ generare et producere quod secundū naturā in eo inest. sed simul atq; factus est ignis: et calor et lumen in ipso sunt. Si ergo etiam in creatis / huiusmodi generādi modus uidetur: quomodo nō erit impiū maiora ipsi nō concedere / cuius magnitudinem humana mens assequi nullo pacto potest? Presertim cum genitū ab ingenito: sicut et factum a non facto plurimum distet, contraria enim esse uidetur, Si ergo factum est omne / quod a facto natū est: similiter quoq; quod ex non facto nascitur / factum non erit, Sed filius ex patre non facto et eterno nascitur, ergo et ipse nec factus / & coeternus patri est: seruans in seipso omnē paterne nature dignitatem, ¶ Sed nos inquiunt non negamus coeternū dici patri filium: non tamen quia semper cum ipso fuerit / sed quia pater semper uoluntatem habēdi filium in se habuit, ¶ Temerarie id dicitur: et impie credit, quis enim non uiderit: de producendis singulis etiam creaturis uoluntatē esse in deo? nō eni inuitus: sed uolens ꝓpter bonitatē suam cūcta creauit. Que igitur erit differētia inter creaturam et filium: si utrorumq; uolūtatem dei fuisse causam cōcedemus? Aut quis mentis compos non clamabit aduersus istos: qui filium et creaturam ratione nature in infinitum distātia / equali mēsura colunt? nichil plus attribuentes uerbo quod ex patris substantia prodit: q̄ creaturis, cum in prescientia dei et uolūtate: utrūq; fuisse contendāt. ¶ Preterea si filius non erat semper cum patre sicut coeternus / et ex ipso secundum naturam prodiēs sed postea accidit ei: patri quoq; necessario accidit ut pater sit / et ita mutatus est. Nam qui antea non erat: id postea secundum uos factus est, Sed ab omni mutatiōe / longe abest dei natura. nō accidit ergo deo ut pater sit: sed est ei coeternus filius, ut igni calor: genitus ex eo / sicut ex lumine splendor, ¶ Sed si perfectus inquiūt pater in sua magnitudine est / nec aliquid ad perfectionē sue nature deest: superflue quasi plenitudo deitatis sue filius sibi adiūgitur, ¶ Perfectus certe pater in sua magnitudine inuenitur: nec sane mentis id quisq̄ negabit, Perfectus autem est: nō solum quia deus / sed etiam quia pater, Quare qui deū negat patrem esse: is fecunditatē aufert a diuina natura, ut iam perfecta non sit: cum generandi uirtute careat, Notio ergo perfectionis: foecūditas est, et sigillum quod patris ostēdit perfectionem: filius est qui ex eo prodit, ¶ Preterea. si paterne substantie foecunditas non secundum naturam insit / perfectusq; sit etiam sine generandi potestate: superflua et forinsecus accita est generatio, de foris autem accitur: quo quis indiget, quomodo ergo perfectus est qui indiguit? aut quomodo inuectum extrinsecus aliquid deo est: quasi non a seipso perfecto? Natura igitur inest patri foecūditas; et ideo perfectus est quia

Tergiuersatio hereticorum

Solutio cauilli

genuit. ¶ Ad hec, si perfectus in sua magnitudine pater est etiam si nulla fecũditate polleat / ut uos opinamini: de foris (sicut et creature) et nõ ex substantia sua productus est filius, Eritq; superflua / quantum ad perfectionẽ dei pertinet: productio eius / sicut et creaturarum, Hoc enim erat deus anteq̃ nos creati essemus: quod nũc etiã est, Nichil enim ei attulimus: a nichilo ad esse producti. Et si ad nichilum redigemur: nichil ab ipso detrahemus. Sicut ergo nos gratias agimus deo / quia bonitate sua nos creauit: filius quoq; agat similiter / et credatur nobis similis: quasi ad extra creatus / sicut et nos, Sed maxima in his uerbis impietas est, fugienda ergo sunt: et filius ex substantia genitoris esse credat, sic enim et filius uere erit. ¶ Sed non est (inquiunt) deus: propter fecunditatẽ perfectus, sed quoniam deus: ideo perfect⁹ / et postea factus est pater, ¶ Dicatis ergo nobis oro: qui nullam impietatis foueam formidatis / si postea deus factus est pater: quid erat anteq̃ pater fieret? Nam quoniã erat deus: et pater etiam erat, aut si aliquando deus: pater non erat / secundum uos: omnibus manifeste scripturis contradicitis, deum enim patrem: semper fuisse cognoscunt. Quod nomen si semper inerat deo: necessario coeternus sibi filius erat. Non erat enim pater absq; filio. ¶ Sed magnum quid afferre deo heretici putant: cum non semper patrem / sed semper deum fuisse afferunt, nec uidetur ad cõtumeliam id potius pertinere, Nam ut deus ad seruientia / et ad creatam naturam habitudinem habet: sic pater ad filium, Ita re maiore deum priuãtes: nũc sentiunt. Melius est enim filii patrem esse: q̃ creature dominũ. De nobis enim

Psal,94, dicitur, q populus pascue sue sumus / et pecudes man⁹ sue. De filio autem, qui

Philip,2, cum esset in forma dei: non rapinam est arbitratus se esse equalem deo, Et rur

Psal,109. sus ad ipsum, sede a dextris meis. Per ista igitur et similia / quãtum a creatura differat filius: intelligimus. ¶ Adde q, sicut pater ad filium dicitur: sic deus ad creaturas / que non eiusdem sũt cum ipso nature. Quare necesse est: simul patrem et filium intelligi. aut si postea genito filio factus est pater: postea quoq;

Ioan,1. quando per uerbum omnia facta sunt (per uerbum enim: facta sunt) antea pater fuit q̃ deus, Creatura enim omnis / cuius est deus: post filiũ facta est. ¶ Accedit q, equius est patrem appellare: q̃ solũmodo deum. Nam si patris nomen: non esset dignius in deo / q̃ ipsum nomen deus: cur cum discipulos saluator ad baptizãdũ mitteret / non iussit ut in nomine dei et filii et spiritus sancti baptisa

Math,28 retur? sed quasi maiorem diuine nature ostendens dignitatem: in nomine pa

Ioan.14, tris inquit et filii & spiritus sancti, Philippus uero cum diuinam curiose scrutari naturam uellet: ostende nobis patrem dicebat / non ostende nobis deum. Et ipse saluator, tanto tempore uobiscum sum / et non cognouistis me? Philippe, qui uidet me: uidet et patrem meũ, Non dixit: et deum, Non enim minus: sed maius uoluit genitori suo attribuere, Pater enim a maiore atq; digniore: hoc est ex filio / intelligitur, deus uero: a creaturis, que tantum distant a filio: quãtum natura seruus a natura domino / et creator a creatura. ¶ Ad hec. quãuis simul & de⁹ et pater est: per prius tamẽ pater est / q̃ deus, Quod saluator ostẽ

Ioan,20. dit; quando in celos uolebat ascendere, Ascendo inquit ad patrem meum et

patrem ueſtrum:et deum meum et deum ueſtrum, Vides hinc patrem ad filium dici:deum ad creaturas, Si ergo creature ſecundo loco ſunt poſt generationem filii:per prius pater eſt q̄ deus, Quod inde melius perſpicietur, Nam dignitatem quam ipſe filius habet natura:ut uidelicet deus pater ſuus naturaliter ſit/et nobis ex miſericordia largiens addidit:et patrem ueſtrum. Adoptati enim ſumus per ipſum, ita pater eius ſecūdum naturam: pater noſter per gratiam eſt, Noſtra uero in ſeipſum aſſumēs/et que ſeruorum ſunt (quia ſerui formam accepit) ſibi accōmodās:addidit,& deum meum/ & deum ueſtrū. pater igitur ipſius ſecundum naturam eſt: noſter autem deus, Et quoniā per filium facti ſumus: per prius eſt pater q̄ deus/quāuis ſimul ſit & pater & deus, ¶ Sed coeternum (ait Eunomius) nos quoq; filium patri fatemur: eo q, potestatem generandi etiam anteq̄ generaret/ pater in ſeipſo habebat, ¶ Nos uero ad hec dicim9, ſi quoniā poteſtatem generandi pater habebat:idcirco coeternum ſibi filium eſſe creditis/ & non quia ſimul ſemper cum patre genitus filius erat:cur etiam creaturas (quoniam poſſe creare:ſemper erat in deo) coeternas patri non dicitis? Nam ſi ſolūmodo quoniam poterat eſſe:idcirco fuiſſe creditis, quid prohibet:coeternas etiam ipſas deo dicere? Sin autem abſurdū eſt/quoniā creare poterat deus:fuiſſe creaturas contēdere, nec ideo filius erat: quia pater poterat generare, ſed quia generatur ex ipſo ſecundum naturam: ideo ſemper cum ipſo eſt/& coetern9 ipſi:ſicut calor igni/& flori odor, ¶ Preterea, quod generare poteſt: nondū actu generat, poſſe igitur patrem generare:non eſt eſſe filii, ſed quia deus pater eſt:ideo ex ipſo filius eſſe intelligitur/ per quem deus pater eſt. ſimul ergo pater et deus/et cum ipſo filius: ut ſeruet in deo q, pater ſit, ¶ Sed ſi coetern9 eſt filius patri/ Eunomius inquit:nunq̄ pater generationē peregit/ſed generandi actu ſemper caruit. Quomodo ergo genitus filius eſt? ſi uero actu genuit:qui genit9 eſt/eſſe neceſſario cepit, ¶ Si de creaturis ſermo eſſet o homo: recte quaſi operantem deum induceres. Verum quoniā non opus filium credimus/nec ad extra productum fatemur/ſed genitum ex ſubſtantia eius predicamus:cur infeſti eſtis/operatorem in generando patrem fuiſſe impie cōtendētes? preſertim cum generatio etiam in nobis:hoc non patiatur, Operamur enim que extra ſunt:generam9 autem ex nobis. Quoniam igitur filius/opus non eſt/ſed eterni patris genimē:habebit omnino genitoris ſui nobilitatem/nec minus eternus erit q̄ pater, Verum ne contentioſi nimium uideamur:concedatur hereticis actiuam eſſe (ut dicunt) generationem patris, quamq̄ enim abſq; paſſione deus generat: dicendi tamē modus huiuſmodi eſt. Sed ſicut actiua eſt:ſic naturalis/et ſubſtantialis/& inſeparabilis ab hypoſtaſi. Quare neceſſario coeternus patri filius erit: cum generare/inſeparabile ſit ab hypoſtaſi patris, Cum igitur ſemper paterna hypoſtaſis ſit:erit ſemper etiam ex ipſa nature ſue fructus. Quomodo igitur non erit coeternus patri filius? maxime cum in creaturis uideamus/que generandi poteſtatē diuiſibilem habent (hec enim corporū lex eſt) tunc ad generādū actu peruenire:quando ad certam etatis menſuram peruenerint/ſicut animalia &

Eunomii cauillatio

plante. Hec enim non generant: cum imperfecta fuerint per etatem, Quare cum pater perfectus semper sit: quid prohibet eternaliter eum ex se ipso coeternum sibi filium generare? Magis ergo mirari eos oporteret: si non esset deo coetern9 / qui ex ipso est, perfectus enim pater semper: semper generat, Quare stultum est interrogare: quādo genuit, Sed si perseuerant interogātes: nos quoq; interrogabimus / quādo incepit calefacere ignis, sed non inuenient huius principium, simul enim ignis est: et calefactiuus est, Si ergo creature simul sunt & sic sunt: cum deus supra creaturas suas sit / cur non simul & esse creditur: & filium ex seipso genitum habere?

¶ Q; idiuisibiliter et absq; corruptiōe pater ex se ipso filiū generat. Cap. VII

Ed quomodo (inquit Eunomius) non erit necesse fateri diminutam esse substantiam patris: si filius ex ipsa prodit / quasi pars inde decisa? Incōmutabilitas ergo patris seruabitur: si filius nō erit / quasi paterne substantie pars. nec ex ipso patre: sed extra productus / et coeternus ei solūmodo secundum potestatē: que in uoluntate patris semper erat. ¶ Paulo altius q̄ de corporibus deceat: de deo loquendum est, Eunomi etiam si queadmodū homines / sic deum defluxibus in generādo diminui putas: quasi aliquid ex eo in uerbum suum defluat / atq; separetur: quid prohibet similem impietatē ad alia quoq; deducere? Nam si ut homo cum passione generat: cur etiam ut homo / non creabit laboriose? Q; si absurdum est / laboriose deum ueluti hominem quicq̄ facere: absurdum etiam erit / sicuti hominem per passionem generare, Q; si ueluti homo generat / & ueluti homo facit: quoniam nos in presubiecta materia manus extendimus / ut aliquid inde faciamus: ita de deo tibi quoq; dicendum erit, Sed absq; manibus & materia ex nichilo ad esse cuncta deus uerbo suo produxit: omnem naturam creaturarū superās, Quare in generādo quoq; ipsam superabit, ¶ Q; si uoces non aliter q̄ si de corporib9 diceretur / deo accōmodas: cum deus continere uniuersa scribatur / cumq; continere dicātur: que maiorem ambiunt corporum locum / magisq; extēdūtur: necesse tibi erit / ut incorporalē deum: per uniuersa loca extēsum itelligas, sed hoc scio: ut impium euitabis, Sicut ergo non corporum lege cuncta deus continet: sic nec corporum more generat. ¶ Preterea, quod in omnibus est / & uniuersa penetrat: id omnibus cōnecti necesse est, Est autē deus in omnibus / et penetrat omnia: nec tamen cōnecti corporibus ipsum credemus, Manet enim in sua syncerita te deus / nec aliis cōmiscetur: quis ubiq; sit / & omnia penetret, Impiū ergo est: sicut corporibus / ita ipsi potestatē uerborū accōmodare, Adde q; non compositus sed simplex deus est: et tamen diuersa uariaq; operatur. neq; hinc simplicitas sua cum diuersimode in singulis operetur: modo aliquo leditur. Sicut ergo in his ceterisq; omnibus naturam corpoream excedit: sic etiam in generādo. ¶ Sed necesse est (Eunomius inquit) si ex patris substantia filius prodit: ut in ipso prius potentia / insitus fuerit, sic enim ex eo prodire uidetur, Deinde si pater nullum post uerbum filium genuerit (unigenitus enim est) generādi potestate priuatum dicatis, sed diminutum etiam ex parte inuenirī: negare non

Cauillus hereticorum.

potestis, cum filius ex ipso semel prodierit: nec in ipso sicut prius insitus sit. ¶ Nō erubescis o homo: proprietatem corporum deo attribuens, et sicut corpus in corpore: sic filium in patre prefuisse dictitans. Non enim sicut in hominibus / in genitorum lumbis filii antea cōtinētur: sic et in deo. Quid enim prohibebit / si ad miseriam corporum diuinam essentiam quispiā deducit: existimare nullo modo posse patrem generare / quoniam foemineum sexum nō habeat: sed nec uirilem quidem. Hec enim in corporibus solum inueniūtur, ipse autem simplex et incorporeus est: et intellectus syncerissim9. Quare oportet siquis generationem illam inq̄tum homini licet / inuestigare uelit: que ex mente ac intellectu prodeunt considerare / et ex huiusmodi similitudine: ad generationem uerbi / quantum in hac uita possumus intelligere / capiendam manuduci. Parit enim mens hominis cogitationes bonas: ut saluator dicit, a corde namq; boni hominis inquit: bona procedunt. Si ergo stultum est arbitrari nihil ab humano intellectu prodire: quia & dominus hoc asserit / et res ipsa clamat: quomodo nō erit absurdum / supremum intellectum qui deus est: quiq; omnem intellectum excedit: infoecundum opinari? aut foecunditatem ipsius: corporum legibus subiicere? presertim cum ipse noster intellectus: non corporis more generet. quomodo ergo deus qui omnem itellectum excedit: ad corpora deducetur? Sine passione igitur ex patre filius effulsit: secundum ineffabilem et incomprehensibilem diuine generationis modū. ¶ Ad hec. quicquid ad similitudinem alterius factum est: nequaq̄ potest ad exemplaris equalitatē accedere / sed ab illius gloria secundo loco inuenitur. Sed creata natura uirtute diuina formata est: foecunda per gratiam / ad diuine foecunditatis similitudinem: que uere ac proprie foecunditas est. Deficiet ergo in generando, neq; ut deus: ad similitudinē cuius foecunda est / generabit. Quod si uerū est / sicuti certe est: non ut creatura deus / sed supra omnē creaturā foecundus est, quare neq; ut creatura generabit. ¶ Sed perfectus pater ante generationem filii erat: Eunomius ait. Quomodo ergo ipse perfectus etiam post generationem erit: si ab unitate in dualitatem processit? Necesse enim est quicquid ab unitate in dualitatem uenit: minus seipso uigere, nisi multiplicata substantia eius sit: uel adaucta interea fuerit. quorum neutrum: essentie diuine accidere potest. Non genuit ergo ex seipso pater filium: ne ista sequantur absurda / sed fecit eum similem in omnibus sibi. ¶ Nos uero ad hec non uerebimur dicere. erratis: neq; scientes scripturas / neq; uirtutem dei. Quomodo enim quod a nihilo ad esse productum est: simile in omnibus increato & eterno deo patri erit? Nam si factum est: non erat aliquando. Quomodo autem non erubescunt: diuisiones & passiones in diuina generatione intelligentes / & creature legibus ineffabilem subiicientes essentiam? Non erit certe creaturis suis creator equalis: nec modo illarum generabit. Sed sicut in ceteris omnibus creaturas excedit: ita etiam in generando / ineffabiliter et ut deum decet generabit. Diuisiones enim et minutiones / crementum et multiplicationem & defluxus quidem atq; defectus; corpora in generando patiuntur. que instrumētis

Math. 12.

Obiectio hereticorum.

Math. 22

quoq; atq; manibus egent dum pariunt. Nã et in ceteris quoq; operationibus suis:organo & manibus est sibi opus, aliter enim facere opus suum nequeũt, Deus autem uerbo suo perficit omnia: et nutui suo cuncta obtemperãt. Si ergo in his nulla passio deo accidit: quomodo in re maiore hoc est in generãdo/ corporum proprietas sibi accidet? sicut ergo nõ ut creatura facit:ita etiam nõ ut creatura generabit. ¶ Preterea, pater filium ex seipso ut lucem uel splẽdorem idiuisibiliter et absq; ullo spacio emittit: sicut sol emittit ex seipso lucem atq; splendorem, quamuis solis splendor non propriam habeat hypostasim: nec perfecte ipse in seipso essentia sit/sed esse in sole habeat, fili⁹ uero dei huic exemplo in hoc solũmodo similis est:q, ex patre indiuisibiliter et sine ullo spacio emanat, Propriam uero ipse habet hypostasim: quamuis non separatam a patre/sed in patre et cum patre intellectã, Incisiones autem & diminutiões/ ac passiones & separationes in diuina generatiõe intelligere:stultum omnino est, Nam cum deus nec sit nec possit esse in loco:quomodo separationem suscipiet? Quo enim ibit quod separatur? aut unde separabitur? Corporũ enim hec propria sunt: & ab incorporea natura penitus aliena, Non fingant ergo impie simul ac stulte passionem aliquam in ea natura:que nihil passionis suscipere potest, sed credant q, sicut mirabiliter õnia producit a nihilo:sic ex seipsa mirabiliter generat. Quomodo autem indiuisibiliter et absq; passione filius ex patre prodit:similitudinib⁹ subintelligere possum⁹, Nam sicut uerbũ quo utimur:ex mente prodit, idem enim est cum eo uerbo:quod in corde uersat̃, quamuis aliud esse uideatur:inq̃tum quasi a profundo in lucem per os emittitur, Sicut inq̃ uerbum quo utimur/et quod in corde est:etiam si taceamus/in mente est/et ex mente prodit, Sic et filius dei inuisibiliter ex patre prodiens: character & similitudo eius est, Verbũ enim eius est in propria hypostasi: uerbum inq̃ uiuens ex uiuo patre, Vnde uerbi appellatio/propter hanc similitudinem uerbi nostri ad diuinũ:ipsi filio dei in scriptura sepius attribuitur, ut in psalmo, eructauit cor meum uerbum bonum, et in euãgelio, In principio erat uerbum/et in aliis plerisq; locis, ¶ Preterea, sic ex seipso absq; passione filium genuit pater:sicut si sapiens ex sapientia sua quicq̃ excogitauerit atq; pepererit:ueluti Geometriam/Musicam/aut aliquid huiusmodi. Hec enim:fecunde sapientie fructus sunt/et sic se habent secundum naturam: ut excogitatũ artificium a sapientia/non sit separatum ab ea. Nam cũ sit ex seipsa:in ipsa etiã est/& imago eius est, Videtur tamen quamuis inseparata sit:res alia esse: Sic filius inseparabiliter ex patre est/et in propria hypostasi:quamuis huius aliarumq; similitudinum uim excedat. Nam qui diuinorum dogmatum ueritatẽ querunt:non humana sequuntur, Nec quoniam pater genuit filium: diminutum esse credunt, Nec quasi multiplicatum in dualitatem: sicut heretici contendunt. Nec defluxum aliquem in essentia diuina factum opinantur, Hec enim sicut de nobis uere dici possunt:sic de deo impie cogitantur, Fugienda igitur sunt/intelligendumq; sic ex patre natum filium:ut sapientia ex mẽte, que simul & alia: quodam modo esse a mẽte/per expressionẽ ipsius uidet̃. &

in ipsa uere est:non enim separabiliter ex ea prodit, Nec defluxũ mens passa est aliquem:quia sapientiam genuit, sed tota mẽs in sua natura cõseruata est: et tota in sapientia depingitur/et in ea uidetur, ¶ Ad hec, sicut creatiua dei uirtus quãuis multa diuersaq; creando producat:non diuiditur tamen in singula illo℞ essentia diuina/sed una ineffabiliq; uirtute omnia creat, sic & generatiua uirtute indiuisibiliter generat. Et queãdmodũ spiritus sanctus nullã diuisionem in essentia patitur:quãuis diuersas emittat gratias/quas singulis ad mensuram eorum contribuit. sed est unus et idem spiritus:uarie & absq; passione in cunctis operãs, sic et generatiua essentia dei nullam diuisionem/nullum defluxum/nullam passionem patitur:cum unicus eius filius ex ipsa effulserit, ¶ Sed si alius est q̃ pater/natus filius (Eunomiani aiunt) & est in propria hypostasi:diuisa esse necessario concedetis omnia que patris sunt, non enim in ipso solũ permãserũt:sed in filium quoq; trãsierũt, Quare uel pater pfectã nõ retinuit gloriã:si partẽ ei⁹ filio dedit, uel si pfectã retinuit:filiũ rursus priuauit. et deitas que in unitate pri⁹ perfectam habebat gloriã: in dualitatẽ postea progressa/perfectam non habet, Aut modo in patre/modo in filio perfecta erit:& quasi mutuo ab altero ad alterũ pertransibit, ¶ Hec cũ dicant/nõ erubescunt:uariis falsisq; rationibus diuisiones/separationes/passionesq; diuine accommodantes essentie, Nec intelligunt in patrẽ se quoq; plurimũ blasphemare:mutabilem credentes/et a perfectione ad imperfectionẽ delapsum esse predicantes, Ignorant certe qui hec dicũt: in quantã impietatem et se & alios his uerbis impellant/filium a patre separantes: et diuisam esse gloriã essentie diuine inter patrem et filium/cogitantes. In unitate inquiũt prius erat pater, Num igitur quoniam filium genuit/& creãdi uirtutem ipsi dedit/per quem omnia creat:extra essentiam suam creandi uirtutem emisit/ita ut ipse priuatus ea sit? Sed hec uel cogitare:impiũ est, Pater eni usq; nũc operatur/et ego operor:ueritas ait, Sicut igitur uirtus creatiua nõ est separata a patre/sed est in eo perfecte/et similiter in filio:sic et gloria perfecta est in utroq;, similis eni in omnibus genitori suo est/perfectãq; ideo habet gloriam: quoniam ex habente perfectam natus est.

Marginalia: cauillatiõ heretico rum. — Ioan, 5.

¶ Ad eos qui dicunt:utrum uolens an nolens pater genuit filiũ, Cap, VIII.

u Trum inquiunt absq; cõsideratione pater filium genuit:an considerãs atq; uolens? Nam si neq; considerans neq; uolens:aliquid passus est qđ nolebat, Sin autem:quoniã necesse est consideratione et uolũtatẽ ante rem esse que scđm uolũtatem cõsideratur/patrẽ quoq; filio prefuisse necesse est. Voluntas eni et cõsideratio:necessario generatione precessit, ¶ Vnde ad hoc deducti estis o uos:ut uoluntate aut non uolũtate patris/ꝑductũ filiũ putetis? Ex qua id accepistis scriptura? quis unq̃ sanctorũ alterũ istorũ docuit? uel apud quem inueniuntur huiusmodi? Fuisse enim immo esse uerbum dei:a scriptura didicimus, Volente autem patre aut inuito productum:a uobis solis audiuimus, Reuelauit quippe filium pater:ex celo dicens, Hic est filius meus dilectus:in quo mihi cõplacui, & per psalmistam, Eructauit cor meũ uerbũ

Marginalia: cauillatiõ heretico rum. — Math, 3. — ps, 44.

Ioan,1, bonū, Ioannes etiā tonat, In pricipio erat uerbum:& uerbū erat apud deum/
ps,35, et deus erat uerbū, Et psalmista rursus ad patrē ait. Quoniā apud te est fons
Hebre,1, uite:& in lumine tuo uidebimus lumen, Paulus uero splēdorem/& formam/
Colos,1, et imaginē inuisibilis dei:filiū appellat, Nec ullus inuenitur dicere:uolente aut nolente patre nasci filiū. sed oēs:erat uerbū/dicūt/et est. Nec ullū tēporis aut durationis pricipiū:creatori seculorū dederūt. Patet igitur a corde uestro hec uos parere:a scripturaq; oia hec esse aliena. Nā si uolūtas pris generationē filii precessisset:cur non ita de filio loquit̃ scriptura/sicut de creaturis? Creaturas
Gene,1, eni pcessit uolūtas dei: ut est apd Mosem, faciam⁹ hoiem. et apd psalmistā. oia
ps,134. que uoluit dns fecit, De generatiōe autē filii: nullibi tale quid legitur, sed erat et est in patre/& apud patrē:solūmodo audim⁹, Quare si uolūtas dei (ut scriptura dicit) creaturas precessit/de filio autē tale quid nusq̄ legit̃: nō est creatura profecto fili⁹: neq; per uolūtatē factus est/ut creature, sed ex patre nascit̃: et genitoris hypostasi est coetern⁹, Paulus etiā de saluatore dicit, quia dei uir-
1.Cori,1. tus et dei sapiētia est. Ipse igit̃ dei fili⁹ est: in quo uult/et per quē oia facit, Quō igit̃ per uolūtatē patris factus est: si in eo patris uolūtas est? Nam aut alteram sapientiā fingere necesse est: in qua deliberauit et fecit filiū/ut uos dicitis. aut si altera nō est/sed solus filius sapiētia patris est: ipse quoq; uolūtas eius est, in sapientia eni dei: uelle ipsius est. ¶ Preterea. nō est uolūtas dei in creaturis concreta: sed alia est preter illa que per ipsam fiūt, Volūtate nāq; dei facti sūt celi: sed nō sunt ipsi uolūtas dei. Quare si de⁹ in sapiētia sua deliberat/idq; quādo filiū etiā gignere uoluit: ut uos dicitis, cū sapientia patris filius sit: alterā inesse patri sapientiā oportet/in qua cū deliberasset genuit filiū, Id qm̄ uel dictu impiū est (unus eni est filius dei: et nō duo) cū ipse sit sapientia pris: ipse quoq; uolūtas eius est/per quē oia fiūt. Nā si ipse quoq; per uolūtatē natus est: precessit certe uolūtas generationē ipsius, q̄re aliquādo nō fuit: & mētiet̃ Ioānes dicēs,
Ioan.1. In pricipio erat uerbū, Nos autē nō illū: sed uos mētiri credim⁹, Erat igitur ut ille dicit/filius, et qui aliquando ipsum non fuisse aiūt: a seipsis falsa cōfingūt,
Obiectio hereticorum, ¶ Sed si filius dei nō est natus/quia ipse ita uoluit: necessario pater inuitus genuit/inquiunt, Que uero preter uolūtatem fiūt: a coactis fiūt, Quare necesse erit maiorē patre cōfingere necessitatē: que ipsum ad generandū cōpulit. qd absurdissimū est, Relinquitur ergo: ut uolēs filiū genuerit, ¶ Ad hec aūt qd prohibet nos quoq; ipsos interrogare, utrū bonus/misericors sanctus: uolens pater sit/an preter uoluntatē, Nā si uolēs: huiusmodi deus est/uolūtas autem precedit semper ad oia que uolūtate eligūtur: erat quoq; tempus uel aliquod spaciū & duratio/quādo hec deus nō erat: sed de istis deliberabat. Qz si preter uolūtatē bonus/ceteraq; huiusmodi est: quis eum ad hec coegit? Ita interrogatio uestra: leuitatis referta esse iuenitur, In naturalib⁹ eni: nulla precedit uoluntas, que locum in illis solūmodo habet: que sunt extra deliberātis substātiam, arbores quispiā plantat/aut naues fabricatur: cum antea uolūtatem ad hec deliberādo induxerit, que uero natura fiunt: ad ea/nulla precedit deliberatio/nulla electio. quare nec uolūtas ulla, Nam etiā in hoibus multi generare

uolũt:et nõ poſſunt.nihil ergo uolũtas ad naturalia confert, Sed interrogãdi quoq; heretici ſunt, utrũ ipſe pater / uolẽs ſit deus:an preter uolũtatẽ, Nam ſi uolẽs eſt:precedit uolũtas eſſentiã eius, quod nec fingere quidẽ poſſum9, Sin uero preter eius uoluntatẽ eſt:quis eũ coegit ut ſit? Q; ſi eſt nec ex uoluntate nec preter uolũtatẽ:eadẽ ratione filiũ quoq; genuit. Nõ ignoro hec nõ inueſtigari abſq; periclo: ſed coacti hoc facim9, Tenere eni ſemp oportet:deũ eſſe q eſt, q nullũ eſſendi habuit initiũ:cũ ipſe ceteris oibus pricipiũ ſit, ¶ Preterea, dictũ eſt iã uolũtatẽ ad creaturas precedere. Faciam9 (inquit) hoiem. & fiat firmamẽtũ, & fiat hoc / et illud, Qui ſermo cũ quaſi cõſilii ſignificatiu9 ſit: uoluntatẽ dei in faciũdis ſingulis oſtẽdit, Si ergo uolũtas creaturas precedit / quãuis opus ſtatim ad uolũtatẽ dei ſequatur: nõ eſt filius creatura / per quẽ oia facta ſunt, Quare nec uolũtas generationi ei9 preitelligi?:ſicut in creatione creaturarũ, Ipſe eni eſt uiuẽs patris cõſiliũ:per quod uniuerſa fecit, In cõſilio eni tuo (pſalmiſta canit) deduxiſti me, Quare ſi cõſilium patris eſt:quõ generationẽ ſuã uolũtas precedet? Videbi? eni ipſe:ſeipſum feciſſe, Et qui nõdũ fact9 erat: ſcdm hereticos / de ſeipſo deliberaſſe uidebi?, qđ abſurdiſſimũ eſt, Non ergo uolũtate (ut creature) factus eſt:ſed erat et eſt cõſiliũ patris / in patre : ut propriũ paterne eſſentie germen, ¶ Ad hec. ego (inquit ſaluator) in patre / & pater in me eſt, ſolũ eni patrẽ : et ſolũ ſeipſum ſignificauit, Si ergo aliud aliquid preter filiũ / uolũtas in patre eſt:nõ uere iſta dicũtur, Sed uera hec ſunt, ubi ergo uolũtas erit:ſi nullũ mediũ inter patrẽ & filiũ intelligi?? Nõ ergo uolũtate nat9 eſt:ſed ipẽ uolũtas patris eſt, Nã ſi uolũtas patris generationẽ filii ſicut & creaturas preceſſit:quãobrẽ que idem principiũ ꝓductionis ſue habẽt / & per eandẽ uolũtatẽ facta ſunt a deo:ſcdm naturã diſtãt? ut alter dñs deus ſit:altere ſeruiẽtes creature? Manifeſtũ igi? eſt q, filius / ideo dñs et dicitur et eſt:quia patri i deitatis eſſentia cõiũgi?, Creatura uero quelibet ideo ſerua:quia extra ſubſtantiã creatoris eſt, Neceſſe eni eſt / ut que tantã inter ſe differẽtiã habẽt: nõ idẽ habeãt principiũ, Ita creature quidẽ:ex uoluntate dei ſunt. filius aũt ut uolũtas patris:eternaliter erat in patre. Cur autẽ cũ interrogãt / utrũ uolẽs pater filiũ genuerit:ſic quoq; nõ iterrogãt / utrũ eũ in prudẽtia genuerit? Idẽ eni uidẽtur cõſiliũ & prudẽtia. recte nãq; uult que uult: qui prudẽs eſt. quare q̃ſi equipollẽtia in ſaluatore cõiũgũtur, Meũ (inquit) cõſiliũ & tutela:mea eſt prudentia et potentia, Nã ſicut tutela et potentia ad idẽ reducũtur:ſic cõſilium & prudentia, Quare igi? nõ interrogãt:ſi pater in ipſa prudẽtia / hoc eſt prudẽter genuit filiũ? Quod ſi horrent ſolũmodo audiẽtes:quõ nõ impii ſunt interrogantes utrũ uolens genuerit / cũ hoc ad illud reducatur? ¶ Preterea. incommutabilem Paulus filii ad patrẽ oſtẽdẽs ſimilitudinẽ : ſplendorẽ glorie ipſius et characterẽ ſubſtãtie appellat. Si ergo precedẽte ſcdm uos nat9 uolũtate eſt: quoniam eſt neceſſe non diſſimilẽ ſcdm eſſentiam eſſe patrẽ imagini & ſplendori ſuo / erit etiam ipſe pater precedente uoluntate, quod omnino abſurdiſſimum eſt. non enim ex precedente uoluntate:patris hypoſtaſis eſſe ullo modo poteſt, quare nec filii ſimiliter. ¶ Sed quomõ inquiunt nõ erit impiũ:ab inuito

Gene, 1.
Ioan, 1.
pſ, 72.
Ioan. 14.
Puer, 8.
Hebre, 1.

Ioan.3, patre fateri natū esse filiū? Vereatur oro ipsum saluatorē dicētē: quia pater diligit filiū, Nā sicut bonus et oīpotēs est/que quāuis nō habeat precedēte uolūtate ac electione consilii:nō tamen inuitus hec habet, uult enim id esse qđ est, sic licet nō ex uolūtate genuerit filiū: nō tamē inuitus habet eū/sed diligit: ut scriptum est, Et sicut hypostasis patris est/nō quia ipsam esse uoluit:sed quia est/nec ipsam esse nō uult, sic et filius ex patre nō inuito nascitur:nec tamē uolūtas generationē eius precedit, ¶ Ad hec, si splendor & character fili⁹: uolūtate ac cōsilio factus est/scđm uos:erat certe aliquādo pr̄ sine splēdore charactereq; suo, & ita sequitur non fuisse patris hypostasin semper generatiuā: sed mutatā consilio/ad id tandē peruenisse, quod si uel cogitare impiū est:credant ita patrē scđm naturā esse generatiuū/sicut naturaliter bon⁹ est. ¶ Preterea. si uoluntas nō absq; interiore uerbo est: uolūtas eni est uerbū occultū in corde insitum/cū filius patris uerbū eius sit: ipse quoq; uolūtas eius erit, Quō ergo uolūtas ex uoluntate gignitur? aut quomodo uerbū ex uerbo? oīa enim hec/filius patri est: cōsiliū/uoluntas/uerbū/sapiētia, Quare nihil est in patre ante ipsum, ¶ Ad hec. scđm naturā insitū hominibus est: ut filios possint procreare, neq; ut ex uolūtate probi aut improbi sunt: sic & patres sunt. sed hoc natura: illud uolūtate habēt, & alterius nos sumus domini: alterius natura. Sicut igitur nos non ex uolūtate habemus: ut filiorꝫ nostrorꝫ patres simus/sed a natura, sic et deus pater non ex uoluntate pater est: sed naturaliter, Et sicut nostri filii similes nobis scđm substātiam sunt: sic & filius dei qm̄ nō de foris patri accessit/sed ex ipsi⁹ essentia prodiit: similis in oībus genitori est. Et sicut pater non est ex uoluntate pater: sic et filius nō est uoluntatis filius/ sed ex patre

Captiosa hereticorū interrogatio, scđm naturā: cū sit splēdor & character genitoris sui, ¶ Sed interrogādi sunt (inquit Eunomius) isti qui recte credere opinātur: utrū pater uolens genuerit filiū aut nolens, Nā si filius in patris substantia inerat/quāuis alius preter eum esset: non uolūtate natus est. necesse enim erat parere ac emittere ipsum: qui natura insitus erat. Qđ si non erat in patre/natus autē est patre uolēte: necessario patris uolūtas preerat, Nō est ergo fili⁹ patri coetern⁹, ¶ Nō possum satis mirari quomodo incaute in oēm isti blasphemiā incurrūt: tanq̄ indocti, nō enim erubescūt ipsum quoq; deū necessitati subiicere/et sicut in humanis corporibus: contineri aliquid in essentia patris dicere, aut quasi uasculū in uasculo: filiū esse in patre, Nos uero qui recte credere studem⁹: essentiam dei supra omnem necessitatē esse fatemur, & filiū in patre: nō ut corpus in corpore/uel quasi a corpore contentū esse credim⁹, sed ut inseparabile a patre: & ex ipso emanantem secundū nature legem, Qđ si putant acutum quiddā afferre: cū dicunt uoluntate aut non uoluntate necessario ipsum natum esse/respondeant nobis, Siquis fingeret uolūtatem esse in igne: utrū uolūtate ipsius calor ex eo flueret: an contra? sed nihil poterunt respondere, nam que natura ꝓdeūt: neutrū istorꝫ suscipiūt. Que uero extra ꝓducunt: utrūq; .i. potestate nāq; nr̄a sunt: si possum⁹, Sicut ergo etiā nos operamur uolētes: parimus autē ex nobis ipsis, nec ullum habet in pariendo locum: uelle aut nolle, similiter etiam deus:

exteriora quidem producit quia uult, filiũ uero eternaliter ex seipso generat: nec ullũ habet in hac generatiõe locũ / uelle aut nolle, quãuis nõ est inuito pře genitus filius. Pater eni (ait saluator) diligit filiũ, ¶ Sed si pater inqt Eunomi⁹ nõ uolũtate atq; iudicio genuit filiũ / sed ex natura ipsũ habet: patet qa cognitione etiã qua filiũ cognouit / nõ habuit ipe cõsiderãdo sed a natura. Didicit ergo quia sibi filius erit: per quẽ oĩa creabit, et sic cognitio patris de filio: patri accessit, a natura eni sua id didicit, qđ absurdũ est, Quare uolũtate ipsũ produxit: presciuitq; ipsum futurũ / & sic uoluntas generationẽ antecedit, ¶ Quasi nos concederem⁹: p prius patrẽ doctũ fuisse / q, fili⁹ sibi nasceret / q̃ eum peperit: sic uersutissimus homo argumẽtat. Ignorat eni nullũ esse spaciũ iter patrẽ et filiũ: atq; ideo nullũ precognitioni huiusmodi esse locũ, Nã si p prius cõsilio usus est / & per prius didicit filiũ sibi futurũ: spacia certe aliqua filiũ precedent, Sed ipse et tẽporis et omnis spacii creator est, Cur ergo sic in diuinam blasphemat naturã: discẽtem ipsam inducẽs a natura sua (ut inquit) filiũ sibi futurũ: nec plus q̃ homini: deo cõcedere patit: ¶ Preterea, si pater scit semp se patrẽ esse: semp in seipso cognitionẽ de filio suo habet. Cognoscẽdo eni qđ ipse sit: filiũ quoq; cognoscit, P̃r ei ad filiũ et est & dicit / & cõuersim fili⁹ patrẽ nouit: qa scit qđ ipse sit, A filiatiõe nãq; paternitas intelligit: & a paternitate filiatio. Erat aũt de⁹ semp p̃r, erat igit semp etiã fili⁹, Illđ etiã absurdũ: q, p̃r nõ noscat filiũ ex seipso / sed a natura doceat: cũ uterq; ab eo qđ ipse ẽ / alter⁊ cognoscat, ¶ Ad hec, nõ est aliud natura dei: aliud ipse de⁹, simplex eni atq; incõpositus est, et necesse est inquit Eunomi⁹ / aut uolũtate ac iudicio patrẽ genuisse / aut scđm naturã, Alter⁊ esse nõ potest, Nã si scđm naturã solũ genuit / nõ autẽ uolũtate atq; iudicio: absq; cõsideratiõe sibi nat⁹ est fili⁹, Quod qm̃ incõueniẽs est: relinquit uoluntate atq; iudicio, nisi utroq; modo dicatis, sed sic deus omnino simplex nõ erit, ¶ Nos uero dicim⁹: nec iudiciũ nec uolũtatẽ / generationẽ filii precessisse, Sed si putatis cõpositionẽ esse in deo / quia naturam et iudiciũ uel (si ita dicendũ est) uolũtatẽ habet: id quoq; diligẽtius cõsiderate. Generãdi uim naturaliter pater habet / creãdi etiã per filiũ uim habet: nec idcirco composit⁹ est. Hec eni oĩa in una natura sunt. Eadẽ ratio erit de bono & immortali / & oĩpotẽte / & inuisibili, ¶ Sed dicatis (Eunomi⁹ inquit) uos q splendorẽ patris filiũ esse dicitis: quõ splẽdorẽ intelligitis: Nos enim aliter itelligere nõ possimus: q̃ ut lumẽ uel ignẽ potius in lucerna positũ / ex quo exteriora illuminãtur. Nõ eni oĩa ignis uel lux replet: sed uno in loco sita ad exteriora lumẽ suũ emittit. Si ergo tale qđ de patre et de filio intelligitis: necessario dicetis nõ posse p̃ris essentiã oĩa replere / ut splẽdori suo etiã locus relinquat. nã si oĩa p̃r replebit: ubi filii erit hypostasis: ¶ Si patrẽ in loco putas quasi corp⁹ cõtineri o Eunomi: filio etiã suo locũ q̃ras necesse ẽ, Sin uero diuina essentia in loco nõ cõtinet: q̃re iterrogas ubi nobis fili⁹ erit / cũ p̃r oĩa repleat: P̃r igit i filio ẽ: & fili⁹ in p̃re, nõ tñ ut idẽ nũero, pater eni in sua: et fili⁹ in sua ꝓprietate est, Hec eni solũ differẽtia iter ipsos est. Nã p̃r in se ẽ: & fili⁹ similiter in se, Nec p̃r fili⁹ ẽ: nec fili⁹ p̃r / & hec sola distinctio in eis est, Est autẽ in p̃re fili⁹: sicut & solis splẽdor

Ioan. 3.

captio hereticorũ.

in sole,& prodit ex ipso/alius quidē ab ipso:sed unum natura , Sigillū enim et imago perfectissima nature ipsius est.

Aduersus eos qui dicūt:nō patri sed uolūtati eius similē esse filiū , Cap,IX,

Agnus profecto furor mentes eorꝫ occupasse uidetur:qui nō ipsi patri m sed uolūtati eius similē esse filiū contendūt , presertim cū scriptura nō ita de ipso diffiniat.Nō enim dicit saluator ,qui uidet me: uidet & uolūtatem patris, Atqui oporteret cum ipse sit ueritas / non patri se sed uoluntati eius similē affirmare / si res ita se haberet:ut isti clamitant, Non enim uolūtati se contulit:sed patri / cuius imago est.quare apertissime opinionem hanc radicitus extirpauit, Sed dicāt queso, Vtrum hec uoluntas patris cui similē filiū 1
faciunt:substantia sit & per seipsam consistat /an non? Nā si substantia sit & per se subsistat:quomodo filius unigenitus erit? cū sit terti9 a patre , precedet enim eum talis uoluntas:secundū uos, Q̄ꝫ si nō subsistere in se uolūtatem huiusmodi putatis: idocte nimiū nō duarū hypostasiū similitudinē queritis / sed hypostasim non hypostasi conferre studetis, Quomodo enim quod per se nō subsistit:per se consistenti assimilabitur? Nam heterogenea cum nulla natura coniungātur:cōparari inter se nequeunt / nec alterum alteri simile dici potest, Animal eni:animali cōfertur , Animali autem aut homini:scientia / sapiētia / uoluntas / ceteraqꝫ q̄ per se non subsistunt sed in aliis sunt:nullo modo cōferri possunt ,Cum igitur filius dei per se subsistat:uolūtati que per se nō subsistit similis esse non potest.Quare aut manifeste similem esse patri filium negent:aut non uoluntati sed ipsi patri similem confiteantur , Preterea ,si fi- 2
lius uoluntati similis est et patri dissimilis:ut dicitis / necesse est ut etiam uolūtas patris ipsi patri dissimilis sit,Hec enim impietas a positione sequit̃ uestra, Et si uoluntas hec patris per se subsistat:erit in essentia dei / dissimilis ei substātia ,Quero igitur dissimilitudinis huius modum : quā subsistens per se uoluntas habet ad patrem ,Nam si ideo dissimilis est quia patre minorꝫ erit peius q̄d ex ipso patre est,Non enim extra / sed ex ipso et in ipso/ uoluntas sua est , Sed nec creaturas uidemus peiora ex seipsis naturaliter producere, Sin aūt maius quid & melius patre uoluntatem dicetis:patet etiam hinc nō minor impietas, Q̄ꝫ si neutrū dabitis / sed uoluntatem non per se subsistere sicut in hominib9 putabitis:quomodo uoluntatem huiusmodi patri cōferetis? Ita undiqꝫ ad impietatem positio hec uos manifeste deducit.quare necessario similitudinem filio ad patrē dabitis,Nā q̄m si dissimilē uolūtatē patri dicem9 / impietas undiqꝫ erūpit:reliquit̃ ut similē cōcedam9,Si ergo uolūtas patri similis est / et filius uolūtati:erit necessario tertius quoqꝫ primo sil's.& sic patri similis hac etiā rōne fili9 inuenit̃,Verū q̄m nihil est inter patrē et filium:cesset oro hec de uolūtate
1, Cori,1, oro / & nullo mediāte similis patri filius predicet̃,Scriptū est eni:uirtutē & sapientiā dei filiū esse.Si ergo uolūtas patris uirtutē & sapientiā ipsius ut charactere ostēdit:necesse est similē eē pr̄i / ne uirt9 & sap̄ia dei dissimilis ei sit,Aliter magnitudinē impietatis sue oro consideret,Nā cū patri unū filiū dicere similem recusent:duos inducent / si uolūtatem quoqꝫ per se subsistere opinentur.

Nā ſi uolūtas ꝑ ſe nō ſubſiſtat:nec patri ſimilis erit / & qualitatē ponēt in deo,
3 ¶ Ad hec,quorū cūq; una eſt operatio et eadem naturalis uirtus: ea eiuſdem
eſſentie neceſſario ſunt, diuerſa enim natura ſunt:quorum uirtutes et opera
tiones diuerſe. Quorum autem una ſubſtātia eſt:inter ea ſimilia quoq; ſunt,
Sed patris & filii una operatio eſt / & eadē uirtus cōſubſtātialis.ergo filius patri
cōſubſtātialis eſt / & ei ſimilis,Idcirco nō uolūtatis: ſed ipſius patris imago eſt.
4 ¶ Ad hec.ſi que pater uult:eadem filius quoq; uult (nulla enim eſt uoluntatis
diuerſitas:in trinitate ſancta) quid erit opus uoluntate per ſe ſubſiſtēte: que
tertium filium eſſe oſtendat? qui immediate patri coniungitur:cum ipſe ſit ui=
5 uens genitoris uoluntas. ¶ Preterea,ſi uoluntatis paterne & non ipſius patris
character & ſimilitudo filius eſt: interrogabim⁹ rurſum ſi uoluntas patris ſimi
lis ſibi ipſi ſit an diſſimilis.Sed diſſimilē dicere:impium eſt.ſimilis ergo,Sed fili⁹
character ipſius eſt uoluntatis:& ipſe igitur ſimilis patri eſt, Quomodo enim
diſſimilis erit:qui per ſimilitudinem uoluntatis patri aſſimilatur / & character
eius eſt? niſi compoſitum ex ſimili atq; diſſimili putetis: ut partim ſimilis patri
ſit / partim diſſimilis,Sed quis mentis compos concedet rem unam ſecundum
eſſentiā & unam numero / Paulum(uerbi gratia) uel Petrum:duas ſecundum
naturā oppoſitas naturas habere? non enim eſt unus & idem:rationalis ſimul
atq; irrationalis. neq; ignis:calidus et frigidus eſt,alterum enim iſtorum:alte=
rum perimit,non poteſt igitur ſimilitudo & diſſimilitudo in filio eſſe, Quare
nullo modo diſſimilis eſt.preſertim cum ſcriptura teſtetur: ſimilem patri om=
nino eſſe filium, Nam qui uidet me / inquit:uidet & patrē meum.non dicit:ui Ioan,14,
det etiam patris uoluntatem.Ipſius ergo patris / non uolūtatis ſue / imaginem
6 eſſe filium:merito pieq; predicam⁹, ¶ Accedit.q, omnia quorū alterum alte=
ri diſſimile eſt / et alterum ab altero ſeparatum:aut loco aut ratione hoc eſt dif
finitione id habent,loco:corpus a corpore diſtare poteſt,& eo quo diſtat:diſſi
mile eſſe,Ratione diſſimilia ſunt: que per ſubſtātialem differētiam differūt /
que diſſimiles effectus operātur, ut homo equus / ſanitas egritudo, Hec ulti=
ma:contraria immediata uel mediata / exteriores philoſophi appellant.Imme
diata:ut diximus / ſanitas et egritudo.nichil enim inter hec intercedit: ſed al=
terum ipſorum in ſuſceptibili ſemper inerit,mediata:ut timor temeritas,Vir=
tus enim ſemper inter contraria uicioſa eſt. Cum igitur iſtis modis diſſimilitu
do in omnib⁹ inueſtigetur: dicant quomodo filius a patre diſſeparatur. Loco
non poteſt:quoniā corpus nō eſt.Sed nec ratione, nam primum nulla ratio ac
diffinitio naturā filii a natura patris diſtinguere poteſt:cum uterq; natura de
us ſit,Deinde neq; quaſi contrarium: filius a patre diſtinguetur, Non enim
medium quid:ex immediatis cōtrariis ſit,nec ſimul:hec cōtraria eſſe poſſunt.
Pater autem & filius:ſimul ſunt,Veniemus(inquit) ſaluator ego & pater:et in Ioan,14.
ipſo manebimus.Sed neq; diſſimilitudo:quaſi mediatorū erit contrariorum,
Ad mediū enim:alterius intēſiōe cōtrarii / alterius remiſſiōe peruenit,Sed pa=
ter nunq̄ min⁹ uel magis pater:nec filius magis aut min⁹ ſuſcipit,Quare fit ut
cum nullus diſſimilitudinis modus inter patrē et filium inueniatur: uecordia

sit / uolūtati paterne magis q̄ ipsi patri simile esse filium arbitrari, ¶ Ad hec. quoq; eadem ratio est: ea eiusdem nature ac similia inter se sunt, Nam de quibus hec ratio dicitur: animal rationale mortale / mentis et discipline capax: omnes eiusdem substātie esse demonstrat, homines enim: omnes sunt. Si ergo deus / dominus / immortalis / rex / omnipotens / et cetera omnia que de patre predicantur: ea de filio quoq; uere dicātur / nec nudis nominibus sed re ipsa: que ratio a naturali similitudine patris filium separabit? Q̄ꝫ si quis audebit dicere: non uere filium appellari deum / neq; natura sed gratia / patris filium uocari: ut Paulum Samosatenū imitatus / cōtemnetur a nobis dicentibus. Nisi credetis non intelligetis, Non enim possibile est si quis natura deū esse filium negat: naturalem similitudinem eius & patris intelligere,

Paulus samosatenus

¶ Thesauri Cyrilli / libri primi / finis,

¶ Eiusdem liber Secundus,

¶ Q̄ꝫ patri consubstantialis filius est. Cap, I.

S I pater generare filiū cepit / & a generando postea cessauit / ut heretici predicare audēt: anteq̄ filius nasceret / unica in diuinis erat persona, nato autē filio: dualitas facta est / & sic additio ad priscā unitatē persone facta est, Qua ex opinione: multa impia consequūt, que si quis fugere uelit: eum credere oportet nō fuisse patrem ante filium / sed esse ipsi coeternum. Nam sicut si prefuisset: non esset consubstantialis. sic quoniam non prefuit: consubstātialis omnino est, Nec q̄m differentia quedam inter patrem & filium inuenitur: quoniā alius est pater / alius est filius: et alius est principium / alius ex principio: idcirco ab idētitate substantie patris filius repelletur. Non potest enim coeternus esse patri: qui ex ipso naturaliter nō est, creatura enim: coeterna non est, Quāuis ergo principiū filii pater sit / tamen quia ex ipso naturaliter filius est: & coeternus / et consubstātialis ipsi necessario est, Nam qui ex principio naturaliter est: eiusdē cum principio substātie est. ¶ Sed non suscipit (Eunomius clamat) patris substantia generationem: filius uero genitus est, Quomodo igitur cōsubstātialis erit qui natus est: ei qui generari nō potest? ¶ Doceant nos oro / qui hec indocte proferunt, si generatio cōsubstātialitatē interimit: quomodo seruabitur? nam si genitū genitori cōsubstantiale non est: quid erit consubstantiale / an quod natum non est & alienum a substātia: uel quod ab aliquo sumptū? Sed hoc in diuinis penit9 impossibile. ¶ Sed ingenitum ingenito / & genitum genito consubstātiale est: inquit, Ingenitum autem genito: minime. ¶ Erit ergo secūdū ipsum: Adam non eiusdem substātie cum Abel, Hic enim natus ex muliere est: ille minime. Q̄ꝫ si Abel & Adam eiusdē substantie natureq; sunt: quid prohibebit filium etiam ex patre genitū ingenito patri esse consubstātialē? Illud mirum uidetur quod uel nolentes cōcedunt: non sicut creaturas / ita uerbum quoq; extra diuinam substantiam fuisse productum: sed natum ex patre. Si ergo ex patre nascitur: quare cōsubstātialis non est? utrum quia talem generare nō potuit: an quia noluit? Nam si nō potuisse dixerint: inpudenter impotentiam patri attribuent, Si noluisse: tur-

Cauillus hereticorum

pissimam illi pigritiam imponent/propter quam peiorem genuerit:cum potu erit meliorem, Melius enim est cõsubstantialẽ sibi:q̃ contra gignere, Quia igitur et omnia pater potest/& meliora semper uult: consubstãtialis sibi ex eo nascitur filius, ¶ Sed quod ex principio est:et natũ ex aliquo (Eunomius inquit) secundum est ab illo:a quo esse habet, secundus ergo erit filius a patre:& idcirco non cõsubstantialis, Nam si consubstãtialis erit:deitas una in dualitatẽ diuisa erit, aliter enim:consubstantialis esse non potest, ¶ Ad incisiones rursum/diuisionesq; corporum uenit: cum diuina substantia incorporea sit / nec diuisionem aut incisionem ullam possit suscipere / nec loco describatur, sed ineffabili quadam supremaq; natura constituta:filium ex patris hypostasi genuerit, Non enim potest esse perfecta deitas:nisi filium habeat / et fructũ ex se pariat, nec potest esse creator deus absq; filio:per quẽ omnia fiunt, Ex patre igitur filius nascitur:non incisione / aut defluxu aliquo: sicut heretici ad naturã corporum deum deducẽtes/imaginantur, sed sicut ex igni calor: inseparabiliter ex substantia patris prodit, ¶ Sed si consubstãtialis est filius patri: Eunomius inquit/cur non est etiam ipse ita bon9 ut pater? Cur enim bonum ita me dicis? saluator ait, Nemo bonus:nisi unus deus, unum dixit: ut omnia & seipsum excipheret, Nam etsi bonus ipse quoq; sit:pater tamẽ solus ipsa bonitas est, ¶ Dominum o Eunomi diuina scriptura filium appellat: & uere dominum, utrum igitur contra scripturas tu & spiritum sanctum a quo edite sunt:uere atq; natura ipsum/dominum negabis? An concedes:authoritatem scripturarum formidãs? Sed si primum:in idololatriã incides/cum dominum uere non fatearis, adoresq; illum:quem deo patri cõsubstantialẽ esse non credas / sed potius creaturam. Quicquid enim uero deo cõsubstãtiale non est: id natura deus esse nõ potest. Dominus (inquit) deus uester:dominus unus est, una enim natura deitatis est:quam solũmodo adorare oportet, Dominum inquit deum tuum adorabis / et ipsi soli seruies: seruitute uidelicet qua deus colendus est. Si ergo quoniam deus pater solus dicitur bonus: idcirco filius non erit ita bonus sicut pater / similiter profecto quoniam dominus & deus dicitur unus pater:non erit filius/nec dominus nec deus, Cur ergo ipsum adoras? Sin autem cum dominus et deus pater sit:filius quoq; ut ex ipso prodiens secundum naturam / proprietateq; diuine nature naturaliter habens / atq; ideo & dominus & deus cum patre sit:habebit necessario etiam bonitatem nõ aliter q̃ pater, Multa enim de patre & filio:diuine scripture predicant, nec tamen diuersitas nominum diuersitatem substãtie ostendit: nec ulla dissimilitudo essentie inter patrem et filium intelligitur, Vna enim utriusq; deitas est:etiam si uarietate appellationum differenter significẽtur, Nichil enim proprium uni est:quod alteri non insit, excepta solũmodo patris et filii appellatione:ac re. pater enim semper pater est: et filius filius, nec filius unq̃ pater:nec pater unq̃ filius erit, Quare uehemẽter errat/qui preter patris et filii nomina et res: aliud quippiam non equaliter dici de utrisq; opinatur, nec dicentem Paulum audit, unus deus pater:ex quo omnia, et unus domin9 Ihesus: per quem omnia, Aperte patri: et deũ esse & unũ

Cauillatõ aduersariorum,

Marci,10

Deu,6,

Deu,10,

1,Cori,8,

esse attribuit,filio autem:et dominum esse & unum. Num igitur propter hoc
filius non erit deus:quoniam pater / unus deus appellat⁹ est? Sed si sic:nec pater
dominus erit / quoniam filius:unus dominus appellatur, Absit hec impietas,
Nam cum pater deus sit: filius quoq; deus est.& cum filius dominus sit: pater
quoq; dominus est, Q̃ꝫ si differentia inesset aliqua que ipsos eiusdem esse na=
ture non pateretur:nunq̃ appellatio unius in alterum recurreret. Quare quo
niam omnia patris in filio sunt / et omnia filii rursum in patre / quoniam identi=
tas nature nulla ratione distinguitur:ita erit filius bon⁹ sicuti pater / idcirco eti=
am consubstantialis.Nam que naturaliter diuersa sunt:ea omnia proprietati=
bus quibusdam naturalib⁹ inter se differunt, Equus enim et homo diuersa na
tura sunt:et diuerse ipsis proprietates insunt naturales, Quomodo igitur fili=
us patri consubstãtialis non erit? quia omnes naturales patris proprietates ha=
Ioan.17, bet, Non enim mentitur saluator: dicens ad patrẽ, Quia omnia mea / tua sũt:
et omnia tua / mea. Si ergo patris omnia:sua sunt.unum autem omnium:natu
ralis bonitas est, hec etiam nature paterne ꝓprietas erit profecto in eo: qui ex
ipso patre naturaliter prodit, quare cõsubstãtialis etiam erit, ¶ Preterea quo
Philip,2, niam formam hominis uerbum dei assumpsit: & propter salutem nostrã cum
esset in forma dei / humiliauit seipsum:homo fact⁹ / idcirco & sicut homo:non=
nunq̃ loquitur, nec hac ratione diuinam gloriam suam minuit, uerus enim ho
mo factus est:nec idcirco uerus deus nõ est, Merito igitur modo ut homo / mo=
do ut deus loquitur, Q̃ꝫ autem hec uera sunt:ipsum audias ad Samaritanam
Ioan,4. quasi Iudeum loquentem, Vos (inquit) adoratis quod nescitis: nos autem ado=
ramus quod scimus, ut homo loquitur, Non enim ex adorantib⁹ uerbum est:
Hebre,1, sed cũ patre atq; spiritu sancto simul adorat᷑. Adorent inquit ipsum õnes an=
geli dei. Nemo autem ignorat:nulli prorsus nature preterq̃ dei / adorationem
Deu.6. a scriptura cõtribui. Scriptum est enim, dominum deum tuum adorabis:& ip
si soli seruies, Sicut igitur fili⁹ q̃uis uere adorabilis sit:tamẽ ut homo adorat, sic
quãuis deus secundum naturam sit: tamen patrem ut homo deum suum ap=
pellat. Neq; idcirco dicant heretici:filium deum non esse, immo ut naturaliter
filius & deus:erit etiam patri consubstãtialis, Si enim quispiam dicere audeat:
Philip,2, q̃ filius q̃uis sit in forma equalitateq; dei (ut Paulus ait) deum tamen habet se=
cũdum naturam ipsum patrem:poterit certe hoc dato diuina natura deo alio
subiici, Poterit ergo etiam deus pater:deum habere, quod impium dictu / stul
tissimumq; est, Filius ergo deum habet:non ut deus / sed ut homo. Omnia er=
go seruo conuenientia uerba:ipsi ut homini attribuemus, Et sicut celsitudinẽ
deitatis sue in humilitate hominis cognoscimus:sic humilitatem hominis in dei
tate sua cognoscere non recusabimus, Nam si quis humiliter humanoq; more
dicta / deitati attribuere audebit:et rursus que excelse sicut a deo dicũtur / ho=
mini accõmodabit:is naturam rerum confundet / et dispensationẽ qua factus
est homo interimet. Nõnunq̃ enim ut deus loquitur, Amen amen dico uobis:
Ioan.8, anteq̃ Abraham fieret ego sum. Et rursus. Ego descẽdi de celo, non erat enim
Ioan.6. homo:anteq̃ Abraham fieret, neq; ut homo:de celo descẽdit, Q̃ꝫ si ut homini

hec quispiam sibi attribuet:non erit homo factus in extremitate temporũ, Et rursus si quis homini conueniẽtia uerba et res/sicut deo ipsi attribuet:non poterit impietatẽ effugere, Quomodo enim de deo dici potest, turbata est anima mea:et tristis est? an dolorẽ et metũ mortis deo attribuet? Quid porro faciet: suspensum in cruce uides? utrum deitatẽ filii putabit: an hanc impietatem uitabit? Vtriq; igitur nature:sua conseruentur, et deitas sua non ex iis que ut homo loquitur:cognoscatur, Que autem deo ipsi per se non conueniũt:filio dei ut homini attribuantur. Si ergo patrem solum per se bonum dicit:ut homini non ut deo id sibi accõmodetur, Sed uniuersam huius textus sententiã breuiter aperiamus:ut cognoscam9 cur dominus noster Ihesus Christus:huiusmodi uerbis fuerit usus, legis quidam peritus(sic enim scribitur)accessit ad dominum: querens quomodo poterit salutem eternam consequi. Dixitq; ad eum, Magister bone, quid faciens eternam salutẽ consequar? Ad hec dominus. Cur me inquit bonum appellas? nullus bonus nisi unus deus, uade/ deinde inquit: et uende omnia bona tua/et da pauperibus:& habebis thesaurum in celis. Cuius precepti pondus ille nõ tulit:recessit enim mestus, Que igitur occasio sublimis theologie hic erat? cum ille non quid credendum: sed quid faciẽdum interrogaret, aut quare dominus non quod ille petebat:sed aliud respõdisset? presertim cum non esset possibile illum:qui unius euangelice uirtutis pondus non tulit:supreme theologie dogmata intelligere. Verum quoniam uir in lege peritus ut ad hominem nudum accedebat:redarguere illius imperitiam/qui sapientiam legis uniuersam consecutum se putabat/uolens: respondit dicẽs. Cur ut ad hominem solũmodo uenis:et quod deo naturaliter inest(nam ipse solus: uere bonus est) michi attribuis? Vnus enim est natura bonus:deus uidelicet, Si ergo me credis deum esse/ atq; ideo bonum:quid quasi ut ad hominẽ uenis? Sin autem deum esse non putas/sed hominem solũmodo:quare quod deo soli attribuitur/homini accõmodas? Non igitur his uerbis/ sublimis theologie(ut diximus) dogmata exponit: sed illum reprehẽdẽdo emẽdare conatur. ¶ Sed contentiosi nimium heretici sunt. sufficit enim inquiunt nobis: q̧ pater solus/ bonus apellatus est. Non erit ergo ita bonus ut pater/filius:et ideo nec consubstantialis, ¶ Sed si hoc modo scripturas intelligunt: quid dicẽt cum etsi pater lux/et filius lux appelletur:solus tamen filius/ uera lux in euangelio scribitur, Erat inquit lux uera:que illuminat omnem hominem. An patrem non esse ueram lucem ideo putandum:quoniam soli filio hanc appellationem Ioannes attribuit? Neminẽ puto adeo insanum esse: ut ad id impietatis deueniat. Sicut ergo quãuis solus filius uera lux appellatus sit: ueram tamẽ lucem ipsũ quoq; patrem esse/negandum non est. ita si quis dixerit solum patrem esse bonum: non priuabit eadem naturali bonitate filium/qui ex ipso est, Vbi autem nature identitas est:ibi et consubstãtialitas, Nam sicut si differẽtia quedam inter patrem et filium nature daretur:nõ esset cõsubstãtialis, sic si nulla huiusmodi differentia inuenitur: cõsubstãtialis necessario est, Si ergo lux uterq; et uera lux est:identitas substantie hinc demonstratur, Nam si diuerse substantie sunt:

Ioan, 12,
Math, 26
Marci, 10
Ioan, 1,

Ioan,14, quomodo pater in filio et filius in patre uidetur? Qui uidet me inquit: uidet et patrem meum. Nunq̄ certe hominis formam in asino speculabimur: nec asini in hominis forma, Simile enim: in simili uidetur, que uero natura differunt: nunq̄ in alterutris uidebuntur. Quare si filius in patre / et pater in filio uidetur (quod negare non potestis) consubstantialis patri filius erit.

¶ Qz filius cōsubstantialis patri est: ex proposito textu, uado ad patrem meum et patrem uestrum: deum meum et deum uestrum, Cap, II,

Obiectio Eunomianorum ¶ Ed eadem sepius ad decipiendos simpliciores: Eunomius clamat, quomodo enim (inquit) cōsubstantialis erit filius patri: quem deum suum appellat? Ecce uado ad patrem meū inquit / et patrem uestrum: et de-
Ioan,20. um meum et deum uestrum, Et rursus, deus me⁹ / deus meus: cur me dereliq-
Psal,21, sti? Si uero deus ipsius est: quomodo erit cōsubstātialis? Nam que nature sunt eiusdem: nō erunt alterutra alterutris dii, sicut nec anima anime deus est: nec angelus angelo. ¶ O impietatis magnitudinem, creaturam nō filium dei: uerbum putat, seruum: non dominū, Nam si uere ac secūdum naturam deum esse / filiū patrem opinatur: nec per dispensationē qua homo factus est / hominem loqui credit: nec consubstantialis patri erit / sed nec dominus neq; deus, Cur ergo non aperte inter creaturas filium dei enumerat? ne uidelicet patefacta impietate ipsius: clamare omnes faciat, decepti estis: ignorantes scripturas. scrutari enim non uultis sermonis uirtutem: ac ideo non deum / sed templum dei quasi unum ex numero sanctorum / filium facitis. De sanctis enim dicitur, ha-
Psal,5. bitabo in ipsis, et ita erit non natura deus / filius dei: sed per gratiam. sicut scri-
Psal.81. bitur, Ego dixi dii estis: & filii excelsi ōnes, a quibus natura se discrepare: a per-
Ioan.8, te ipse docet saluator dicēs, Vos de deorsum estis: ego de superius sum, ¶ Sed quomodo (inquit) cōsubstātialis erit filius patri: qui ex ipso ut ex principio est / cum pater non sit ex principio? ¶ Filium o uos uerbum dei cōceditis esse, si ergo uere filius est: erit necessario genitori suo consubstātialis, Sin autem uere filius nō est: hanc impietatem aperte dicatis / ut omnes uos fugiant tanq̄ scripturarum euersores: a quibus uerbum dei uere filius et non creatura nominatur, Deinde cum filii principium patrem esse dicitis: quo pacto id intelligitis? Nam si principium filii pater est quasi creator: creatura erit non filius, et repugnabit
Psal,109. opinio uestra ipsi quoq; patri: dicēti, Ex utero ante luciferum genui te, Sin uero non ut creator principium filii pater est / sed ut genitor: necesse est quoniā quod ex aliquo naturaliter prodit / eiusdem est cum illo substantie: quāuis alterum principium sit / alterum ex principio: ut cōsubstātialis patri filius sit, Qz si propterea consubstantialis non erit / quoniam pater ex nullo principio est / filius uero patrem habet principiū: quid prohibet dicere nō fuisse Abel et Adam eiusdem substantie? quoniam Adam a nullo natus est, Primus enim homo: a deo fuit creatus, Abel uero: ex ipso Adam genitus, quod penitus falsum est, Eiusdem enim substantie: Adam et Abel fuerunt, Quare pater quoq; ac filius qui ex ipso eternaliter prodit / et semper cū ipso est: eiusdem substātie sūt,

¶ Sed quomodo (inquit Eunomi⁹) genitū et ingenitū / cū inter ipsa / maxima

differētia ſit:eiuſdem erunt ſubſtantie? ¶Si quoniam genitus et ingenitus differunt/ eadem cauſa eiuſdem nature non erunt:quare Petrus & Paulus cum multum inter ſe differant/eiuſdem ſubſtantie ſunt? Alter enim niger eſt (uerbi gratia)alter candidus/& alter magnus & alter paruus. Sed non omnis differentia ſubſtantias diſſeparat:ſed ſola que naturas diffinit, Quid igitur prohibet conſubſtātialē patri filium eſſe? quoniam eadem in utriſq; natura eſt. Differunt autem:quia pater quidem ingenitus/filius uero genit⁹ eſt, Ita enim eadem deitas:in patre atq; filio naturaliter erit, ¶Sed qui eſſendi principium habuit/Eunomius infert:non poteſt eiuſdem eſſe cum illo ſubſtantie/ qui huiuſmodi principium nunq̄ habuit. Si ergo perfecte pater filium genuit: generandi finem iam habuit, Is finis:eſſendi principium filio eſt. quomodo igitur conſubſtantialis patri erit? ¶Sed ſi finem generandi pater fecit o uos:principium etiam generandi habuit. Acceſſit ergo filius patri poſtea:& recens(ut ita dicā) deus erit/quod eſt contra ſcripturam, Non erit enim(inquit) in te deus recēs, Pſal,80.
Deus autē a ſcriptura filius appellat, non eſt ergo recens, Sicut igitur ſi recens eſſet:nō eſſet eiuſdem ſubſtantie, ita cum non recens deus ſit:eiuſdem ſubſtātie eſt. ¶Preterea, ſoli deo adoratio a creaturis debetur. hominibus enim ſcribitur, Dominum deum tuum adorabis, Angeli uero iubentur filium adorare. Deu,6,
Quādo enim primogenitū in orbem terrarum introduxit: adorent eum(inquit)omnes angeli dei, deus ergo eſt filius:qui adoratur, Is ſi non eſt conſubſtātialis patri:alius deus filius erit/alius pater. & neceſſe erit in duos credere deos. Quod quoniam nullus Chriſtianus audire patietur; conſubſtantialis erit/ ut unus deus in trinitate non plures adorentur, ¶Preterea, ſi pater et generare cepit/& finem generandi habuit:mutatus neceſſario eſt, Aliter enim ſe habebat anteq̄ generaſſet:aliter in generando/aliter poſtea, Sin uero nulla mutatio deo poteſt accidere:nec generare cepit/nec generandi finem habitūr⁹eſt/ ut heretici contendunt. Eternaliter ergo/creator temporum ſeculorumq; fili⁹ eſt in patre, et quoniam coeternus: idcirco etiam conſubſtantialis, Quamuis alioquin ſi principium et finis generandi dabitur:aliquid patri acceſſiſſe neceſſarium eſt. Cui autē aliquid acceſſit:id non erat ante acceſſionem illius rei perfectum. Sed pater ſemper perfectus eſt, nichil ergo ei acceſſit, nec generare cepit:ſed habet ſecum ſemper filium ſuum, Quare ſicut ſi principium temporis filius habuiſſet:cōſubſtātialis patri nō eſſet, ita q̄m huiuſmodi principium non habuit:cōſubſtantialis patri eſt, Nam ſicut qui principium et finem generationi diuine attribuunt: a conſubſtātialitate patris filium repellunt, ita nos huiuſmodi principium et finem in generatione filii recuſantes:conſubſtantialitatem neceſſario predicamus. ¶Sed non poteſt fieri (Eunomi⁹ inquit) ut idētitas ſubſtantie in patre et filio conſeruetur: cum pater ingenitus ſit/filius autem genitus. Nam ſi erunt conſubſtantiales: in nullo differet quod genitum eſt/ab ingenito. Quod ſi dabitur:quid prohibebit patrem quoq; genitum eſſe/et filium ſimiliter ingenitum? hec(inquit)confuſio eos ſequitur: qui ſubſtantie identitatem in patre et filio predicant. ¶Nos autem dicimus; non poſſe nō

Hebre.1, Cauillus aduerſariorum

seruari identitatem substantie in patre et filio. Imago enim patris / filius est: & in seipso patrē ostendit, nec ullus poterit in alia natura aliam inspicere, nō eni asinus in homine uidetur: sed homo in homine, Quare si querenti Philippo ui
Ioan.14, dere patrem / seipsum Christus ostendit: dicens, qui uidet me: uidet & patrem meū, necesse est eiusdem esse substātie patri filium: sicut incōmutabilem eius imaginem & characterem substantie sue. ¶ Preterea, cum ubiq; dominus eūdem se natura cum patre doceat; cumq; non posse id fieri heretici contendāt / quoniam alter genitus alter ingenitus sit: quis erit adeo stultus / ut putet hominibus magis credendum q̄ deo? uel quis compos mentis illam apostolorum uo
Actuū.4 cem non exclamabit: deo magis q̄ hominibus esse obtemperandū? presertim cum etiam ipsi genitum ex patre filium concedere uideantur, Quomō ergo quasi creatura extra substantiam genitoris / neq; ipsi consubstantialis erit: si uere genitus ex ipso est / et quasi naturalis fructus ipsius? Qz si sola uoce genitum ex patre dicunt: dicant aperte creaturam esse / nec multa simulantes multaq; dissimulantes: simpliciores Christianoꝝ conentur decipere, ¶ Sed si deus
Aetius (inquit Aetius) indiuisiblis secundum substantiam est: non est genitus ex eo filius / cum per dissepararionem substātie generatio fiat, sed productus ab eo secundum uoluntatem est, ¶ Quomodo igitur eiusdem erit substantie natura per uolūtatem producta: cum eo qui eam produxit? Indiuisibilis nature / deus est o Aeti: nec idcirco generandi uirtute priuabitur, potest enim indiuisibilis et generans simul esse, Tu autem honorare deum uolens: indiuisibilitatē ei attribuis, ¶ Sed cum generādi uirtute priues / & filium eius creaturam putes: 1
non honoras certe, pulcherrima enim atq; prestātissima res est: naturalis actio siue operatio. Si ita dicere uis: & ea quam generādi uirtutem appellamus / deum honora. Vere autem deum honorabis: si indiuisibiliter ex seipso generare consubstantialem sibi filium ineffabili incōprehensibiliq; modo / fateri predicareq; uolueris, ¶ Sed cum uoluntate patris productum filium dicas: non uideo 2
cur filium appelles? Quomodo enim uere filius erit: qui non ex substantia patris emanat? Sed uere filius est, consubstātialis ergo etiam est, eadem enim natura geniti & genitoris inuenitur, ¶ Preterea, si queādmodum uos dicitis decepti & decipientes: non ex substantia patris filius emanat / sed productus est 3
quia pater uoluit, quoniam ipse & sapientia & uirtus patris est: non erit natura pater sapiens / & uirtute pollens, Extra enim substantiam suam sapiētia & uirtus sua producta: non erit sibi cōnaturalis, quod absurdissimum est, Natura enim sapiens est: & naturaliter uirtute pollet deus pater, Quare ex substātia eius filius emanat: & eiusdē cum ipso substantie est, ¶ Sed dic queso / quid 4
impulit patrem ut extra substātiam suam filium produceret: ut ais, utrum necessitas aliqua: an quia gratiam et bonitatem in eo suam (sicut & in aliis creaturis) ostendere uoluit? Si necessitate impulsum dices: erit necessitati pater subiectus. Sin quia gratiam suam in filium uoluit ostendere: sibi magis q̄ filio gratificatus inuenitur. Per filium enim: & creator / et sapiens / & uirtute pollens in-
Ioan.1, uenitur, Omnia enim per ipsum facta esse: scriptura clamat. Et rursum, Chri-

ſtus dei uirtus et dei ſapientia. Sed ſtulticia eſt: gratificatũ ſibi patrem in his di 1, Cori, 1,
cere, nec credere: ipſum naturaliter ſapientem / ceteraq; huiuſmodi eſſe, Nõ
ergo quia uoluit / filium ꝓduxit: ut uos contenditis, ſed ex ſeipſo naturaliter
5 emittit: & ideo conſubſtantialitas in eis neceſſario conſeruatur, ¶ Ad hec, cõ
ſubſtantialem filium hominibus / ut hominem credimus: quia formam noſtrã
accepit. Eſt autem etiam in forma dei patris, Eſt igitur deo quoq; patri cõſub-
6 ſtantialis, ¶ Preterea, ſi ſplendor huius lucis / cõnaturalis eiuſdeq; eſſentie cũ
luce ſua eſt: filius cum ſit lucis eterne ſplendor / cõſubſtantialis illi erit. In omni
bus autem huiuſmodi exemplis: debilem quãdam ſimilitudinem ad ſupremã
illam naturam adducimus, quoniam omnis creatura: in infinitum a creatore
7 ſuo diſtat, ¶ Accedit, ꝙ equalitas ut in corporibus ſecundum quãtitatem di-
citur: ſic in itellectualibus / incorporalibuſq; (ubi nullũ habet quãtitas locum)
ſecundum identitatem ſubſtantie dicitur, Sed filius / equalis ſecũdum ſcriptu
ras patri predicatur: eſt ergo ei neceſſario conſubſtantialis, Nã que uere natu
ra ex aliquo ſunt: eiuſdem ſubſtantie cũ genitore ſunt, Et qui oĩa genitoris na
turalia bona poſſidet: ex eo uere natꝰ eſt, filius autem omnia que ſunt patris: Ioan, 17.
8 habet, ¶ Preterea, qui ex nihilo res creatas producit: non poteſt eſſe de natu
ra productorum / ſed de natura producẽtis neceſſario eſt, Producit autem fi
lius et facit creaturas ex nihilo: etiam ſecundum uos, Eiuſdẽ ergo ſubſtãtie in-
uenitur: nõ cũ creaturis / ſed cum producente et creante patre, Nam que ean
dem actionem operationẽq; habent: eiuſdem eſſe eſſentie comprobãtur, Na-
tura uero: pater deus eſt. natura igitur: filius quoq; deus eſt, Aliter erit parti
cipatione deus: ſicut et creature / nec erit differentia inter ipſum et creaturas,
Sed creaturarum ipſe dominus et creator eſt, Non ergo cũ creatura ulla ſub-
9 ſtantialiter: ſed cum patre conuenit, ¶ Ad hec, omnis rationalis natura: non
uoluntate ſola / ſed agendo ac patiendo operatur, deus autem ſolus: ſola uolũ
tate operatur, Sed filius ſola uoluntate operatur, deo ergo patri: non creatu-
10 re alicui conſubſtantialis eſt, ¶ Accedit, ꝙ non ut nos: ſed nobiliore modo uni
genitum filium ſuum deus generat, Sunt autem nobis: noſtri filii conſubſtan
tiales, Erit ergo etiam deo patri: filius ſuus, Et nos quidẽ: ante natos ſumus no
ſtros, Filius uero dei coeternus patri eſt: et ab eo non (ut noſtri) ſeparabilis,
11 ¶ Ad hec. omnium que ſunt: aliud deus eſt / aliud creatura. Quare filius: aut
creature / aut deo conſubſtantialis erit, Non eſt autem creature cõſubſtantia
lis, uirtutẽ enim creatiuam ſuſcipere creatura nõ poteſt. Deo patri ergo crea
tori omnium: ipſe quoq; creator omnium / ſimiliter conſubſtantialis erit,

¶ De cõſubſtãtialitate pr̃is et filii: illo textu ꝓpoſito. ꝙ pr̄ meꝰ maior me eſt,

Que nature eiuſdem / eiuſdemq; ſubſtantie ſunt / Eunomius Cap, III, Obiectio
inquit: nõ ſuſcipiũt magis & minus, Nec enim homo homine ſcd̃m ra- heretico-
tionẽ ſubſtãtie: neq; aſinꝰ aſino maior ẽ, Si ergo in cõſubſtãtialibꝰ nullꝰ rum,
maiori & minori locꝰ datur: & filius patrẽ maiorẽ ſe eſſe / aperte docuit: nõ eſt
ei cõſubſtãtialis. ¶ Probe facerẽt heretici oẽs: ſi undiq; ſtuderẽt uerꝫ ſcriptura
rũ ſenſũ uenari / nec ad uoluntatẽ ſuã oĩa uertere: atq; inde falſos ſyllogiſmos

cõnectere,Si enim offendit eos q̃ pater maior filio scribitur: iuuet illud quod
Philip.2, de filio dicitur.Qui cum esset in forma dei:non rapinam arbitratus est se esse
Ioan.5. equalem deo, Et Ioannes apertissime / patrem inquit suum deum dicebat:
equalem seipsum faciens deo,Quomodo ergo aliene substantie est:cui equa=
lis est? Nam que naturaliter equalia sunt:eiusdem penitus substantie sunt, ut
homines/equi. ¶ Preterea.in incorporalibus maius et minus non secundum
magnitudinem sicut in corporib9:sed secundum seruitutẽ perspicitur. quod
1.Cori,12. Paulus ostendit,alii enim (inquit) sermo sapientie a spiritu datur:alii gratia cu
rationũ.multisq̃ huiusmodi cõnumeratis: infert, Omnia uero hec operatur
unus et idem spiritus, Deinde rursum hortatur:ut maiores gratias a deo pete
re debeamus,Num igitur spiritum in seipso differre dicent/aut dissimilis cu=
iusdam esse substantie:quoniã paruus est in paruis/et maior in maioribus in=
spicitur/secundum suscipientium capacitatem? Nemo ita insanus est: ut hoc
audeat cogitare.Cum igitur incorporea natura maius & minus non suscipi=
at/quando maior pater filio dicitur: humanitati sue non deitati sermo attri=
buendus est, Nam cũ dicat Christus:pater qui me misit maior me est, et apo=
stolus de ipso: non rapinam arbitratus est se esse equalem deo,querẽdum est
diligẽter:quomodo et equalis patri et minor filius erit, ita ut nec equalitatem
contemnamus:quia maior pater dicitur.nec maiorem esse patrem negemus:
quia equalis ei filius scribitur, sed utraq̃ pie intelligamus,Cũ igitur non com=
posita sed simplex natura deitatis sit:nunquã in plures personas distinguere=
tur/nisi quedam inueniretur differentia, non secundum essentiam:sed secun
dum relationem/et quasi extrisecus intellecta, per quam utriusq̃ persona in
propria hypostasi constituitur:nec ab unitate deitatis propter identitatem na
turalẽ potest excludi, et sic nulla confusio/nulla quasi mixtio patris & filii ex=
cogitari potest.Nam cum tanta similitudo et perfecta identitas sit: ut nõnulli
eundem patrem & filium suspicati fuerint/nec in dualitatem personarum di
stinxerint,ut hypostasim que generat et que generatur/diuina scriptura no=
tionibus distingueret:patris et filii nominibus usa est, ut lumẽ ex lumie in pro
pria utrunq̃ hypostasi recte intelligeretur:seruata identitate substantie.Cõ=
suetudinem uero nostram secuta: maiorem appellat patrem, ut undiq̃ et ea
persona ex qua/significetur:et ea que est ex illa/perspiciatur, Equalitatẽ etiã
attestatur:ne ulla in essentia patris & filii dissimilitudo et differẽtia reperiat',
Quamuis ergo secundũ rationem substantie patris/equalis & penitus similis
sit:maior tamẽ ipso pater est q̃ eũ generat/in hoc solumõ q̃a ex eo fili9 est. &
sic pricipiũ filii scd̃m originẽ:pater est.Et certe que nature eiusdẽ sunt:huius=
modi cõparationẽ suscipiunt, Diuersarũ autẽ naturarũ res:hoc modo nõ cõ=
feruntur, Nemo eni recte dicet bouem maiorẽ esse q̃ hominẽ:nec hominem q̃
bouẽ, Si ergo secundum hereticos pater maior sit filio:neq̃ id secundũ essen
tiam dici possit(homo enim homine scd̃m essentiã et inq̃tum homo: maior nõ
dicitur) nec diuerse substantie maius et minus suscipiant: ut diximus. relin=
quitur ut uel quia ex patre filius est/ uel(quod magis nos credimus) propter

incarnationis dispensationem: maiorem patrẽ filio a scriptura esse appellatũ, ❡ Preterea, que inter se conferuntur et comparantur: eiusdem omnino natu re sunt, neq; ab essentia comparationem suscipiunt (non est enim homo ho mine maior: ut homo) sed ab accidentibus quibus differunt, que ut plurimum ex passione aliqua fiunt / uel omnino ex causa exteriore: q̃ uidelicet in ratione ac diffinitione insita non est, ut uerbi gratia / maior est homo homine: magni tudine corporis / fortitudine animi / mentis acumine, Sed in omnibus homini bus una eademq; ratio substãtie est: equaliter de singulis dicta, Accidentia ue ro: ex passione quasi ex radice fluxerunt, Tarditas enim mentis et timor ani mi: ex passione profluunt, Si ergo comparatio quelibet in accidentibus funda tur: et accidẽtia ex passione uel extrĩseca fiunt causa / si nulla passio deo inesse potest / ne causa extrinseca ipsi accidat: reliquitur necessario ut pater filio ma ior sit / uel originis modo: quia principium eius dicitur / uel propter dispẽsatio nem incarnatiõis: ut diximus, ❡ At nõ ambigue sed aperte (inquit Eunomi⁹) filius patre minorem se predicat, quid ergo pluribus opus est? Nam uera dice re: ueritatem concedetis, ueritas autem: Christus est, Maior igitur pater filio erit: et ideo dissimilis et non consubstantialis, ❡ Primũ igitur interrogabim⁹ ipsum: quãdo pater filio maior fuerit, In tẽpore enĩ determinato: maior fuisse non potest. Temporum enim omnium / seculorumq; creator: fili⁹ est, Semper igitur ac eternaliter: patrem filio esse maiorem sequitur, Et quoniã maior ad minorem dicitur / simulq; sunt maius et minus: si pater maior filio est / coetera ni sunt pater & filius, Quomodo igitur eternũ eterno erit dissimile: aut quo modo maius? Deinde mirabimur / q, etsi a sapiẽtia huius mundi profecti / Ari stotelicas disciplinas sequantur / et eas nobis incutiant: indocti tamen etiã secũ dum ipsas inueniũtur, Nõ consequenter enim / cũ de maiore atq; minore ser monem facerẽt: ad similitudinis / dissimilitudinisq; sermonem exciderũt, Nã etiã secũdum Aristotelem (quo ipsi plurimum iactant) simile et dissimile non ponuntur in eodem genere: in quo maius et minus, Hec enĩ: ille ad aliquid ap pellat, quo in genere: simile atq; dissimile non uidemus poni, Quare igitur a maiore minoreq; tu orationem contexens: conclusionẽ alterius generis indu xisti? dicẽs: minor est filius patre / dissimilis igitur, Melius dixisses, inequalis er go / aut non tantus, quãuis et ita non recte. Nam etsi maius & minus propter quantitatem proprie dicuntur: non tamen in eo genere collocantur. Indocte igitur a maiore atq; minore ad simile & dissimile Eunomius declinauit: dicẽs, minor est filius patre: dissimilis ergo. Nec min⁹ indocte dicet, minor est: ergo inequalis / aut non tãtus, Nam maius & minus / quoniam alterum ad alterum dicitur: sic ab Aristotele diffiniuntur, Ad aliquid dicuntur (inquit) que ipsa que sunt: aliorum esse dicuntur / uel quomodolibet aliter ad aliud, ut ma ius / idipsum quod est: alterius esse dicitur, aliquo enim maius dicitur, Et du plum / idipsum quod duplum est: alicuius duplum est, Hec cum ita se habe ant: dicat nobis qui magis Aristotelicis q̃ scripture diuine disciplinis glorian tur / si etiam simile / idipsum quod est: ad dissimile esse dicatur / referaturq; /

Eunomii captio,

sicut maius et minus,Opponitur eni simile dissimili/sicut et minus maiori:sed non eodem modo,Nam maius/quia oppositum suum excedit:maius illo est, simile autē non ita, Etherogenea igitur penitus sunt maius et dissimile:& eandē diffinitionē nō suscipiūt,❡Ad hec. que ad aliquid sunt:et natura & ratiōe simul sunt/et alterum ad alterum infertur.Nam si quis maius aut duplū dixerit:statim minus aut dimidium intellexit,Simile autem non inducit dissimile: sicut nec iustū inducit iniustum/nec uirtus uicium, Priuationes enim ista magis sunt:et habituum interemptiones, Nō ergo alterum ab altero inducitur, sicut relatiua:quāuis opposita sint, Priuatio enim similitudinis: dissimilitudo est,sicut et iusticie iniusticia.Et quoniā priuationes/posteriores q̄ habitus sūt: non intelligentur simul/simile et dissimile, ❡Preterea.que ad aliquid sunt:si cut uno posito alterum ponitur / sic & uno interempto: alterum iterimitur, Idq; ideo:quoniam esse alterius in altero est,Non enim est maius aliquid ; nisi minus sit,simile autem positum: non ponit dissimile/nec interemptum:interimit, Nō dicūtur ergo adinuicem:simile et dissimile. presertim cum simile & dissimile:maius & minus suscipiant,❡Preterea.simile et dissimile:secundum habitum et priuationem opponuntur,Maius uero et minus:secundum intensionem et remissionem,Non ergo eiusdē generis sunt:maius & dissimile, Verum quoniam maiore posito minus necessario ponitur:ut iam dictū est, quoniam pater maior filio scribitur:necesse est ut filius(ad quem quasi minorem: pater refertur)coeternus patri sit,Cū ergo id ita se habeat:inuestigem⁹ quomodo pater maior filio est,Nam et filius natura deus est/natura bonus/natura creator/natura rex:sicut & pater, perfecte igitur omnia hec habet, Nam si perfecte non haberet:non esset natura deus.Natura enim deus est:qui perfecte et per se omnia bona habet,Quoniam igitur filius perfectus in omnibus est:minor patre erit non aliter q̄ secundum formam serui quā assumpsit, aut secundum quod ex patre est:cuius imago integra inuiolataq; est,Nō ergo natura/sed ut filius:patre minor dicitur,❡Sed pater(inquiunt)semper erat: filius non semper,Quomodo igitur non erit maior qui semper erat:eo qui non semper fuit? aut quomodo non erit minor eterno:qui eternus non est? Cū igitur ita pater maior filio sit: non erit ei filius consubstantialis,❡Que contētio ista est? qua fit ut omnino quoniam pater maior filio scribitur: diuerse quoq; substātie q̄ filius sit/demōstrare ipsum conentur,quasi necessariū sit:diuersā esse naturā eoꝝ que maius suscipiūt/ab iis de quibus minus predicat͛. Nos uero oculis ipsis uidemus lignum ligno maius/et lapidē lapide minorē/ & hoīem homine similiter,de quibus quāuis maius & min⁹ dicatur:eadē tn̄ ratio substātie predicat͛,Frustra igit͛ et falso qm̄ pater maior filio scribitur: diuersitatem essentie demōstratis,Quare filius quāuis sit equalis p̄ri:minorē tamē / rōnib⁹ quas dixim⁹/seipsū appellat, ❡Preterea,q̄ naturali similitudie nō cōiūgūt͛/ & rōne substātie differūt:simili poti⁹ atq; dissimili / non maiore & minore discernūtur,Si ergo pater et filius unū natura sunt:quomodo maius & min⁹ de ipsis dicet͛/de quibus similitudo summa predicatur? Sin uero diuerse nature

ſunt:diſſimiles dicentur / non maior & minor, Ridiculus certe uidebitur / quicunq; diuerſa naturaliter comparat:uelut ſi ſolem ligno fulgentiorē eſſe contenderet, Indoctiſſime igit̃ et heterogeneis (ut ipſi putant) maius & minus accommodant, et diuerſe nature filium eſſe q̃ pater ſit:inde putant demonſtrare, Nos quoniam natura ſuprema / nulla ex parte maius & minus ſuſcipit (nihil enim imperfectum in deo eſt) equalem patri filium:nugis iſtorum reiectis / predicamus, Illi non intelligentes forſan quid dicunt:minorē eſſe contendũt. Quare rurſum interrogandi ſunt: utrum maior ſemper filio pater eſſet / an poſtea factus ſit? Nam ſi tempore aliquo factus eſt maior / cum antea non fuerit:acceſſit hoc deo patri / quod ſibi prius nõ inerat, Quomodo igitur erat perfectus:qui hoc non habebat? Sin uero ſemper maior erat: quoniam maius ad minus dicitur / neceſſario minor quoq; filius ſemper erat. Sed minorem dicitis filium / quoniam patri coeternus non ſit:ſecũdum uos. Ratio autem / ſi pater ſemper filio maior fuerit:totam rem in contrarium reducit, Neceſſe eſt enim minorem ſemper eſſe filium:ſi pater ſemper maior eſt, et ita cum ſit coetern9: erit etiã equalis. Nã ſicut ſi coeternus non eſſet:inequalis eſſet. ita ecõtra quoniam coeternus eſt:equalis omnino eſt / et ſimillimus naturaliter, Quare nullum ibi locum:maius et minus ſecundum naturam habet. Quomodo enim ſi minor patre filius eſſet:equalitas rurſum ſibi conceditur? qui non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe equalem deo:Paulus ait, ſed ſeipſum euacuauit:formã ſerui accipiens, et figura inuentus ut homo:humiliauit ſeipſum, Si ergo incarnatio humilitatem habet & euacuationem:ut hic dicitur / neceſſe eſt ut incarnatione per intellectum ſeparata:equalis patri ſemper ut & ante incarnationem inueniatur / et hinc nobis humilitas et euacuatio illa perſpicietur. Nam ſi per ſeipſum etiam ante humiliationem incarnatiõis / patre minor erat: quomodo deſcendiſſe uidebitur / aut quis erit humiliationis modus? Certe hic ipſe Paul9 et equalem deo filium apertiſſime dixit:et minorē eſſe propter paſſionē mortis enunciauit. Cũ igitur equalis et minor ſimul eſſe nõ poſſit:queramus quomodo equalis / quomodo minor eſt. Inquantum ergo natura deus eſt: equalis genitori filius eſt, inquantum autem homo factus eſt / et ut homo crucifixus & mortuus:minor, Philip.2.

¶ Q̃ equalis filius patri eſt: euangelico textu propoſito, Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptiſta, Cap, IIII,

S Ed quomodo (inquit Eunomius) ſimilis aut equalis erit fili9 patri? cum aperte in euangelio dicat: neminem inter natos mulierum / maiorem Ioanne baptiſta ſurrexiſſe, et ſtatim addat, minor autem in regno celorum:maior ipſo eſt. Ipſe namq; minor eſt:propter tempus quo a ſancta uirgine natus eſt, Fateturq; ſe propter precipuas uirtutes tunc peruenturum in maiora:quando regnum celorum aduenerit, quaſi hanc mercedem propter adminiſtrationē ſalutis humane: accepturus ſit. Quomodo ergo qui huiuſmodi nature eſt / & Ioanne minor:equalis aut ſimilis deo patri erit? ¶ Peruertunt ſenſum uerborum Chriſti: qui ſic exponunt, Quomodo enim quaſi rem Math, 11,

magnã sibi attribueret / q; Ioãnē excederet:qui dei patris gaudet dignitatib⁹ omnia naturaliter possidens que patris sunt. Omnia (inquit) que pater habet:
Ioan,1, mea sunt,perfectus autem pater est,perfectus ergo etiã filius:reiq; nullius indigens,Qui uero ita natura se habet:quomodo nō erit equalis & similis genitori suo, ¶ Preterea,si minor Christus Ioanne,magnitudine temporis dicit / quo fuit cum hominibus conuersatus: et ad hec non surrexisse maior quispiã Ioanne additur / uite spacio id quoq; intelligetur, quod uerum non est.Adam
Gene.4. enim (ut scriptura testatur) nongētos & quinquaginta uixit annos, et alii nati mulierum illius temporis omnes:pene totidem, Precursor uero Ioannes iuuenis admodum:uitam cū morte cōmutauit, Non ergo maior inter natos mulierum tēpore dicitur:sed uirtutis sublimitate, qua ad eos peruenit terminos: quo natura humana peruenire potest, Quare etiã similiter Christus:nō tēpore minor dicitur, Ridiculū enim esset:magnitudini temporis / uirtutis celsitudinē attribuere, Necessario igitur sequi uidetur:in uirtute & sanctitate cōparationem fieri, et sic minor Ioanne Christus in sanctitate uidebitur: quod absurdissimum est. Cū igitur hec expositio ad absurda deueniat:reiicieda omnino est, ¶ Sed nos (inquiunt) ueram et simplicem / nec magna cura scrutatam uerborum saluatoris expositionem inducimus:minorem Ioanne Christum secundum magnitudinem temporis / quod ab incarnatione sua cepit: maiorem in regno celorum futurū etiam ipso / qui ad humane uirtutis perfectionem attigit, minor igitur:hic personam domini significat. Q; uero maior inter natos mulierum Ioanne baptista non surrexisse dicitur: perfectionem humane uirtutis attigisse illum significat, Christus tamen etiam ipsum adeo magnū: in tempore illo excedet, Quid absurdi hec expositio habet. ¶ Non ita simpliciter ut putatis:sed magna diligentia et cura exponende scripture sunt. Primum enim leue omnino est / credere spacio temporis ex quo incarnatum fuerat uerbum:minorem Ioanne dominum appellari, Aperte namq; ille qui maior in regno celo℞ dicitur:sanctitate sublimior significatur. Quomodo enim aliter:maior / hic aliquis poterit intelligere. Si ergo in regni celorum tempore maior baptista saluator uidebitur:minor modo aut equalis est, minorem dicere / magis impium est. sed equalem etiam putare:non pium, ¶ Baptistam eni
Math,3, Ioan,1, audimus dicentem. Mihi opus est abs te baptisari, Baptisatur autem atq; sanctificatur deterius a meliore, et ad Iudeos, Ego uos baptiso in aqua. Sed uenit post me: cuius calciamētorum corrigiam non sum sufficiens soluere, Ille uos baptisabit in spiritu sancto et igne:cuius uentilabrum in manu eius / et purgabit aream suam / & congregabit triticum in horreis suis: paleam uero inextiguibili cremabit igne, Quomodo ergo equalis aut minor Ioanne / dominus secundū ipsos fuit:aut cuius gratia / aqua se solūmodo baptisare predicabat:et Christū spiritus datorem affirmabat. Nonne uides / quia ut seruus:nec calciamētorū quidē corrigiã tãgere audet. nec pspicis Christū aree dñm esse. Hoc eni significat:qn̄ dicit. & purgabit areã suã, Iudicē etiã esse ostēdit:q iustos & bonos tanq̄ triticū in celestia iducet horrea, iiustos uero:q̄si paleã igni tradet,

Si uero maior aut equalis tunc Christo Ioannes fuit: cur et ipse non baptisat
3 in spiritu sancto? ¶ Sed neq; Esaiam isti audiût: apud quem de Christo scribi
tur, Ego sum qui deleo iniquitates tuas: & non recordabor peccatorum tuorum. Esa.43.
Cumq; natus a uirgine cum hominibus conuersatus est: monstrabat eum Ioan-
nes dicens, Ecce agnus dei: qui tollit peccata mundi. Quomodo igitur secun-
dum istos in spe solum habebat Christus: ut futurus maior esset Ioanne in re-
gno celorum? aut quomodo equalis aut maior Ioānes (qui baptisari a Christo Ioan.1.
desiderabat) ipso Christo fuit: qui peccatum mūdi poterat tollere / & id tanq̄
dominus uerus? Sicut enim de⁹ / peccata ipsis dimittit: quod Ioannes nullo mo
4 do poterat. ¶ Ad hec, si minor Christus aut equalis Ioāni tūc fuit: cur ipse nō
audiuit a patre, filius meus es tu: ego hodie genui te. et sede a dextris meis: do Psal.2.
nec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum? aut cur sapientia & uirtus pa- Psal.109.
tris / & imago / character & splēdor substantie ipsius: uocatus non est? Portet 1.Cori.1.
iam omnia etiā ipse: uerbo uirtutis sue, & introducatur in orbē terrarū quasi Hebre.1.
primogenitus: & adoretur ab angelis, dicat de seipso sine culpa. ego & pater
unum sum⁹, qui uidet me: uidet & patrem meum. Dicat, ego sum resurrectio Ioan.10.
et uita, dicat. ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Q̄z si hec Ioannes Ioan.14.
dicere non poterit / dicit autem uere Christus: quomodo non erit impium / pu- Ioan.6.
tare maiorem aliquando futurum Christo Ioannem: qui natura ut deus / sem-
5 per ipso maior est? ¶ Quid autē magni attribuere Christo arbitrātur / maio-
rem Ioanne futurum contendentes: quo etiam angeli & natura & charitate in
deum / maiores sunt, quibus tātum Christus prestat: quantum creaturas cre-
ator excedit. Cui enim (ait Paulus) angelorum unq̄ dixit: sede a dextris meis? Hebre.1.
nonne omnes spiritus sunt ministrantes? Quomodo ergo qui etiam angelos Psal.109.
excedit / qui in sede dei patris collocatur: quasi rem magnam sibi attribuit /
q̄ Ioanne maior in regno celorū futurus sit? cum semper atq; simpliciter om-
6 ni creatura maior sit: qui deo patri equalis est? ¶ Preterea, lucerna erat bapti
sta: lux autem Christus, Quomodo ergo lux cui⁹ natura est illuminare: lucer
ne que lumine indiget / equalis uel minor erit? Et certe non potest amicus spō- Ioan.3.
si qui stat & audit spōsum habentem sponsam: sponso equalis aut maior digni
7 tate atq; honore inueniri. ¶ Ad hec, ipse Ioannes de saluatore ait. Qui de su
per uenit: super omnes est, mensuram deinde suam ostendens: terrena loquit
(inquit) qui ex terra est. Q̄z si extra celorum regnum maior est Christo Ioan
nes secundum uos: intelligatis desuper baptistam uenire / & dominum terre-
na loqui atq; ex terra esse: quod absurdissimum est, alter enim natura deus:
et sup oēs. alter creatura: et ideo ex terra, Nō equalis ergo / imo incōparabi-
liter Christus excedit, quomodo ergo spe solum: in regno celorum dignitatē
8 excessus expectat? ¶ Preterea, post resurrectionē saluator cum priscam spi-
ritus gratiam in nobis renouaret: insufflauit discipulis dicens, Accipite spiritū Ioan.20.
sanctum. & ipse spiritus sanctus: Christi spiritus appellatur, Et cum trāsissent
Asiam & regionem Galatie (in actibus scribitur) tentabant recedere in Bethy Actu.16.
niam: et non permisit eos spiritus Ihesu, Renouet igitur in nobis etiam Ioānes:

gratiam ſpirit9:ſi equalis Chriſto eſt.& ſpiritus dei patris: ipſius quoq; uocet.
Ioan,16, Et ſi uultis:dicat ipſe quoq; de ſpiritu.quia de meo accipiet, Sed hec omnia uel
cogitare ſolum:impium eſt, Non eſt ergo equalis Chriſto: nec aliquando fu=
turus eſt minor, ſed ſemper ueluti homo:minor deo eſt. ¶ Ad hec, euangeli= 9
ſta Ioannes naturalem Chriſti dignitatẽ oſtendens/ et Ioannis mẽſuram ſicut
Ioan,1, ſerui aperiens:fuit homo(inquit) miſſus a deo/cui nomen erat Ioannes, Hic ue
nit in teſtimonium ut teſtimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent
per ipſum, Non erat ille lux:ſed ut teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux
uera:que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Quomo
do ergo lux illuminans/miniſtro ſuo quem ad teſtimoniũ adhibuit:minor aut
equalis erit? Preſertim cum ipſe Chriſtus dicat ad Iudeos, uos ad Ioãnem mi=
Ioan,5, ſiſtis:& ille teſtimonium ueritati perhibuit. ego uero Ioannis teſtimonio non
egeo, Quomodo ergo minor uel equalis Ioanni/qui teſtimonio ipſius nõ ege=
bat:qui atteſtãtẽ habebat patrem? ¶ Poſtremo, beatus zacharias pater bapti 10
ſte ſecundũ carnem / gratias agens deo & futura ſpiritu predicens:clamabat,
Luce,1, Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis: preibis enim ante faciem domini para
re plebem perfectam, Ipſe quoq; Ioannes interrogatus a Iudeis quis eſſet: ego
Ioan,1, (inquit)uox clamantis in deſerto/parate uiam domini. Dicãt igitur nobis/qui
non ſemper ſed aliquando maiorem Ioanne Chriſtum arbitrãtur:quando al=
tiſſimi ꝓpheta ipſo altiſſimo minor nõ fuit? aut quãdo miniſter & ꝑcurſor:ad
equalitatẽ naturalis domini cõſcendit? Ex his õnibus patet:nunq̃ Ioannẽ Chri
ſto maiorem fuiſſe, nec de ipſo Chriſto dici:q̃ modo minor Ioanne ſit/et in re
gno celorum maior futurus ſit, ¶ Verum quoniam aduerſariorum ſenſum re
darguimus:ipſorum euãgelii uerborum uerum modo ſenſum ſcrutemur, ut
uere expoſitionis appoſitione: non uera ipſorum iterum redarguatur, quod
Math,11, ut recte fiat:totã ecce altius repetamus, Cum Ioãnes in carcere miracula Chri
ſti audierit:miſit duos ex diſcipulis eius dicturos Chriſto, Tu es qui uẽturus es:
an alium expectamus? Ad hec Chriſtus, Ite (inquit)et renũciate Ioanni: que
audiſtis et uidiſtis, et deinde miracula multa enumerat, Cum ergo illi abiiſſet:
dixit ad circũfuſam Iudeorum turbam ſaluator. Quid exiſtis in deſertum ui=
dere: arundinem uento agitatam? Sed prophetam? ita dico uobis:& pluſq̃ ꝓ=
Mala,3, phetam, hic enim eſt de quo ſcribitur, Ecce ego mitto angelum meum ante fa
ciem tuam:qui preparabit uiam tuam ãte te. Deinde addit id:de quo querit.
Amen dico uobis: non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptiſta,
Sed minor in regno celorum:maior ipſo eſt, Neq; finem uerborũ hic fecit:ſed
ſtatim intulit, A diebus autem Ioannis baptiſte uſq; modo: regnum celorum
uim patitur/& uiolenti rapiunt illud, Sed textus quidẽ ipſe ſic ſe habet. Opor=
tet autem ad rectam expoſitionem ſingula breuiter dicere:que cauſa baptiſtã
in carcerem coniecit, cuius gratia Chriſtum per diſcipulos interrogauit: utrũ
ipſe uenturus eſſet an alius expectaretur, & quare conuerſus Chriſtus: circũ=
fuſam turbam ſic allocut9 fuit, et cur illud addidit: non ſurrexiſſe in natis mu
lierum Ioanne baptiſta maiorem, et tamen qui minor eſt in regno celorum; eũ

ipso quoq; Ioanne esse maiorem, Hec igitur breuiter prosequamur, Mirabilẽ atq; inauditam uitam: beatus baptista ducebat, quam homines adeo mirabãtur: ut merito ipsum/magnum quendam esse uirum arbitrarẽtur, Is Christo attestabatur: immo digito ipsum presentem ostendebat/dicens, Ecce agnus dei: qui tollit peccata mundi, Verum dominus cui attestabatur: Mosaice legis cultui officere uidebatur/euangelicam uitam pro illo inducens: immo uero figuras et umbras ad ueritatem educens, Conquerebantur Iudei de baptista: q; authoritate sua illi faueret/qui legalem doctrinam euerteret: ut ipsi putabant, Quid igitur ad hec Ioannes? legi propugnat: ne Mosaicam doctrinã cõtemnere uideretur, Idq; uel ad repellendã uel ad mitigãdam suspitionem de se Iudeorum fecit, non quia magni hoc ipse existimaret: sed ut testimonium suum de Christo credibilius apud eos fieret, Quamuis igitur multi tunc multis uariisq; modis preuaricarentur: Herodem tamẽ solũ qui princeps erat redarguit/ut periculo suo ad beniuolentiam sui Iudeos reuocaret: et credibilior apud eos fieret. Nam quasi pro lege pateretur: faciliores ad credendum ei fiebant. ita morte sua ceteris prodesse studebat. Sed quando prophetico spiritu (quo repletus ex utero matris erat) nudum iam imminere sibi gladiũ uidit: uoluit discipulos suos in fide Christi confirmare/aperteq; docere: ut scirent ipsũ esse/qui ad salutem omniũ expectabatur. Dispẽsatione igitur ignorare simulat: ut a seipsis inducti discipuli/firmius crederent, Multum enim ut homines: sibiipsis attribuebant/nec magistro magis q̃ excogitationibus suis credebãt. Dispensationis igitur modo: ignorare se ostendit quis uenturus esset, Ihesus autem cum ipsi uenisset: quoniam rem totã ut uerus deus sciebat/multo magis tunc q̃ antea miraculis effulsit, illaq; dispensando faciebat: que prophete scribunt tunc futura/quãdo Christus ueniet. Ideo interrogatus an ipse esset uenturus: non statim respondet neq; dicit/ego uẽturus sum, sed miraculorũ magnitudine simul & multitudine ostendit seipsum esse, Ite igitur inquit: & renunciate Ioanni que audistis et uidistis. Audistis a ꝓphetis hec et hec: & cõsumata modo uidistis per me, Ita cum illi abissent: ad turbam conuersus dicebat, Quid existis uidere: & cetera que sequũtur, Necessario postea de Ioanne locutus est Christus, Nam quoniam discipulos Ioannis turba uidit/interrogantesq; audiuit: non quod illi/sed quod Ioãnes dicere uelle uideretur. ne de Ioanne turbarentur/putarentq; leuiorem hominẽ: q; primo ecce agnus dei/q tollit peccata mundi: de Christo dixisset. deinde an ipse uenturus esset: dubitaret, ne igitur uel hec uel alioquin leuiorem hominem arbitrarentur/& propter hanc turbationem minus proficerent: dixit ad eos. Quid existis in desertum uidere? arundinẽ a uento agitatam? Mirati fuistis baptistam/ait: ac ideo longa itinera in desertum ad ipsum fecistis, cur ergo modo leuioris mentis hominem/& quasi arundinẽ putatis: & ex inconstantia huc & illuc leui de causa impelli? Sed hominem mollibus indutum uidistis? Et ecce qui talibus ornant: cum regibus sunt. Qui sicut mollibus induuntur: ita & animo leuiore sunt, Ioannes uero qui eremũ semp coluit/qui robore animi carnem rationi subiecit:

Ioan.1.
Lucce.1.
Esa.35.
Math.11.
Ioan.1.

quare sic ut arundo leuis erit? Si ergo mirati estis Ioannem propter asperrimã uitam/quam constantissime egit:cõcedere ipsi etiam debetis firmitatem animi uite conueniẽtem. Sin uero eremus/et amictus humillimus/et cibus abiectissimus:nihil plus uobis afferre uidetur ad constantiã/q̃ mollis amictus: quare his omissis baptistam in deserto querebatis? Num quia prophetã putatis? Ita dico uobis:et plusq̃ propheta Ioannes est. Nam prophete uenturum predicarunt Christum:nec ipsum uidere potuerũt, Ioannes autẽ & uenturũ predicauit:et uidit, Ita ipse primo Ioannẽ extulit, Deinde patris quoq; testimoniũ
Mala,3, attulit, Hic enim est(inquit) de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam:qui parabit uiam tuam ante te, Et addidit, amen dico uobis non surrexit inter natos mulierũ:maior Ioanne baptista, Minor autem in regno celorũ:maior ipso est. Cũ ita multa magnaq; de Ioanne dixisset/& summum inter natos mulierum esse ipsum affirmasset:q, ad extremum humane uirtutis peruenisset/maius bonum postea ponit:melioreq; dicit atq; maiorem eũ/qui iam regnũ celorum tetigerit:& filius dei factus sit/per spiritum sanctũ renatus, ut ostenderet mirabilem esse Ioannẽ:propter uirtutes suas precipuas, sed mirabiliores ipso:regni celorum participes, hortareturq; hac ratione:ut magno animo rapere id conarentur/quod Ioanne quoq; maiores faciet, Regnũ enim celorum:dona spiritus esse modo dicimus, secũdum illud Christi dictũ,
Luce,17. regnũ celorum intra uos est, maior igitur omnibus natis mulierũ inuenitur: qui per spiritum renatus est. Illi enim filii carnis adhuc appellãtur; isti filii dei sunt.
Roma,8, quem orãtes appellant:abba/pater, Quare etsi inter natos mulierum secundum humanam uirtutem mirabilis Ioannes sit:qui tamen ipso minores uidentur in regno celorum/hoc est renati per spiritum sanctum:maiores sunt. quia non mulierum nati:sed deo participes/filii dei ideo appellãtur, etiam si minimi perfectioribus uirtute quasi infantes uideãtur:quia modo renati, Quod aũt Ioannem et omnes natos mulierum/regeneratio que per spiritum sanctũ fit: magno interuallo excedit/non longe nobis querendus est testis, cum ipse Ioã
Math,3, nes ad Ihesum dixit:opus esse sibi ab eo baptisari. Nam etsi perfectus esset uirtute:renascendi tamen propter spiritum gratiam petebat/ut in maiorẽ ascenderet gradũ. nec mulieris deinde natus esset:sed ad diuinam nobilitatem reformatus. quod saluator maxime affirmauit. Non enim dixit:perfectũ ipsum esse/quãuis sanctificationem spiritualis baptismalis non haberet, sed necessarium sibi baptismum:per dispẽsationem in aliud tempus differendũ asseruit, Nihil enim aliud mea quidem sententia:illa uerba saluatoris significãt, dimitte modo, Quod uero celorum regnum dona spiritus/et regenerationem fidelium appellat:ex ipsis saluatoris uerbis sciamus. A diebus enim Ioannis usq; modo/inquit:regnum celorum uim patitur/et uiolenti rapiunt illud, Nam cum
Ioan,1, Ioannes predicaret, parate uiam domini:rectas facite semitas eius, multi magna ui magnoq; studio a uiciis ad uirtutem uertebantur:sed et filii dei per spiritus sancti gratiam fiebant/per baptismum regenerati, Id si quis non exponi recte arbitretur; doceat queso quãobrem a diebus Ioãnis rapi cepit regnũ

celorum/quasi nemo ante tempora illa illud rapuerit, Num ergo dices: uana prophetarum spes fuerit? Num tanta multitudo sanctorum patrum: regnum celorum non possidebit/si tunc primum rapi cepit quando baptista clamabat penitentiam agite; regnum enim celorum appropinquabit? Sed facile intellectu est/ipsum regnū celorū priscis etiam paratum fuisse: sicuti cōformib9 imaginis filii dei/atq; ideo prescitis a deo patre, A tempore uero Ioannis/donum spiritus sancti & regeneratio per baptismum: fide rapitur, Hec quoniam ita intelligēda sunt: patet nunq̄ Ioannem maiorem fuisse Christo/neq; unq̄ futurū, Math,3.

¶ Libri secundi/thesauri Cyrilli: finis,

¶ Eiusdem liber tertius,

¶ Refutatio expositionis heretice: et expositio sensus ueri/euangelici textus, ego in patre: et pater in me est, Cap,I,

N On est mirum (heretici aiunt) si pater est in filio: & filius in patre, cū etiam de nobis diuina scriptura dicat: quia in ipso uiuimus/mouemur et sumus, Quomodo enim aliter filius maiorē seipso patrem capere poterit? Aut quomodo filius minor: maiorem patrem replere poterit? ¶ Quasi de corporeis loquimini uasis: in quibus recte dicitur/non posse a minore maius capi; nec a minore posse maius repleri, In rebus uero incorporeis que sine ulla materia sunt: quomō ista locū habent? hec dixim9: quasi concederem9 maiorē filio patrem esse, ueritas autem non ita se habet, Equalis enim patri filius in ōnibus est. Sed nec uos huiusmodi rationibus uteremini: si sciretis quid uerus pater sit/& quid uerus filius, et quid lumē inuisibile simul atq; eternum: & quid splendor eius. & quid hypostasis incorporeā: & character ei9 similiter incorpore9, Nam si hec memoriter teneretis/intelligeretisq;: non quasi de corporibus disputaretis, sed consequenter atq; congrue scrutandum arbitraremini: quomodo fili9 in patre & pater in filio est/sicut character/sicut imago/sicut splendor/atq; similitudo patris, Verum quoniā non esse mirum illud dicitis: quoniam & nos in ipso uiuimus/& mouemur/& sumus: considerate queso/q̄ multū a ueritate receditis, non enim sicut in sanctis deus est/sanctificans ipsos: sic & in Christo, Sed ipse filius: uirtus & sapientia patris est. Is sanctificat omnia participantia ipso: in spiritu. Ipse uero nulla participatione sanctus est; ueluti nos. Non enim per gratiam filius est: sed eternaliter ex patre genitus, Nec rursus filius sic in patre est: sicut nos, Nos enim gratia & participatione in deo uiuimus & mouemur & sumus. filius uero secundum naturam/quasi a fonte semper uiuo ex substātia patris emanans: uita secūdum naturam est/omnia uiuificans, nec participatione uite ipse uiuens est: sicuti nos, Nam si sicuti nos/ipse uiueret: non esset naturaliter uita. Quod enim de foris alicui aduenit: id secundū naturam ipsi non inest, Filius autem de se dicit. ego sum uita, . Non ergo ut nos: in deo uiuit & est, sed naturaliter ipse uita est: & in patre naturaliter est/unum cum ipso: secundum identitatem essentie, ¶ Sed in patre (inquit) seipsum esse dicit/et patrem in eo: quoniam nec sermo in eo/quem ad omnes predicabat. nec opera que faciebat: sua erant, sed patris qui

Ioan,14, Actu,17. Ioan,14, Cauillatō hereticorum,

et filium esse credemus, Nam sicut splendorem solis non aliud dicet quispiam esse lumen natura: preter ipsum solem, nec participatione aut habitudine quadam lumen appellari credet: sed quia natura ex ipso emanat, & ita duo hec lumina esse ratione percipiet: unum uero esse natura non negabit. Sic q̄q̄ pater & filius in dualitate personarum inueniantur: nemo tamen aliud dicet esse patrem q̄ filium / quantum ad deitatem & identitatem essentie pertinet. Et sicut sol in splēdore suo est / & splendor solis in sole: sic pater in filio & filius in patre. personarum numero duo: nature identitate unum. Quare si quis diligenter scripturā scrutetur: inueniet omnia dici de filio que de patre dicuntur / & omnia de patre que de filio, absq; hoc solum q̄ alter pater est: alter filius, Pater deus est: & uerbū deus est, oīpotēs pater: oīpotēs & filius. hec dicit qui erat & qui uenturus est omīpotens. Dn̄s pater: & unus dominus Ihesus Christus, lux pa= Apo,4,
ter: sed filius quoq; lux, Ego sum (inquit) lux mūdi. Pater peccata dimittit: sed Ioan.9,
et filius similiter. ut sciatis inquit quia potestatem habet filius hominis peccata Math.9,
dimittere, Vere igitur ipse dicit ad patrē, quia mea oia tua sūt: & tua mea, Et Ioan.17,
quia omnia patris / filii sunt: cōuersim quoq; uere dicit. ego in patre: & pater in Ioan,14,
me est, Identitas enim hoꝝ omnium: in dualitate incōmutabiliter lucet, Quare filius: uere filius est, non enim omnnia patris / secundum naturā sua essent: nisi ex ipso esset, Nec omnia filii / patris essent: nisi filius consubstātialis esset genitori, Queadmodum si quis depictam regis imaginem uideat / & mirat⁹ pulchritudinē imaginis: ipsum regem uidere desideret / iure utiq; imago ad eum diceret, qui me uidet: regem uidet, Et rursus, Ego et rex: unum sumus / quantum ad exactam similitudinem, Et rursus, Ego in rege / & rex in me est: quantum ad figuram & formam, Figura enim & forma & species imaginis: species forma & figura regis est, Sic & filius dicit, Qui me uidet: uidet & patrem, ego et pater: unum sumus, ego in patre: & pater in me est. Naturales enim dignitates patris: incōmutabiliter habet filius, et ideo patris imago est: & ipsum genitorem in se monstrās, Ita & apostolicum illud intelliges, Qui cum esset in for= Philip,2.
ma dei: non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. Equalis enim deo est: 2,Cori,5
quia & ipse totus deus est / non aliter q̄ pater. Sic erat in Christo deus: ad recō= Ioan,14,
ciliandum sibi mundum, Sic quecūq; filius operaretur: patris opera sunt. Nam cum nulla differentia deitatis & nature inter eos sit: nichil prohibet opera unius / opera esse alterius, Nam si que patri attribuūtur: omnia ipsi quoq; filio nō gratia neq; participatiōe / sed ita naturaliter insunt ut & ipsi patri: nec mediū ullum est inter patrem & filium / quod in dissimilitudinē distrahat: perspicuū est totum patrem esse in toto filio / & totum filium in toto patre, Probe igitur consequenter dicitur. ego in patre: et pater in me est, et ego et pater unum su= Ioan,14,
mus. Nichil enim habet alter quod alteri non insit: nisi q̄ hic pater / ille fili⁹ est. Ioan,10,
Talis ergo penitus filius est: qualis omnino pater est, ¶ Preterea, de⁹ pater uocatur: et simul cum eo intelligitur necessario fili⁹. Non enim esset pater: nisi ex seipso filium generet, Et rursus, quando filius appellatur: patrem simul intelligere necesse est. filius enim ad patrem dicitur, Si ergo alter in altero necessa=

rio est/et alter in altero intelligit:uere dicit saluator, ego in patre / et pater in me est, ¶ Ad hec.qui credit in filium:credit in patrem, & qui uere colit patrē is etiam filium colit.Cur ergo hic in illo/ & ille in hoc nō erit? aut cur idētitas essentie hinc non demonstratur? Ideo enim & unus deus in filio et patre et spiritu sancto adoratur:et unus deus ab omnibus predicatur/ & est: quia nulla differentia essentie / naturalisq; similitudinis / alterum ab altero disiungit, Sed patrem heretici esse in filio & filium in patre ideo dicunt; quoniam que pater uult/etiam filius uult, & que filius: eadem pater, propter identitatem uoluntatum ergo/alterum in altero esse contendunt, Num igitur angelis aliisq; rationalibus uirtutibus licebit(de quibus psalmista scribit, benedicite domino om
Psal,102, nes angeli eius: ministri eius facientes uoluntatem eius) num inq̄ singulis istorum licebit: hac saluatoris uoce uti / & dicere, Ego in patre:& pater in me est, et qui me uidet:patrem uidet? Nemo enim ambigit/que deus uult: eadem angelos/archangelos/dominationes/potestatesq; uelle, non enim manerent in ordine suo:nisi eadem uellent que deus. Certe qui non permansit in uolun=
Esaie,14, tate dei/sed aliud q̄ deus uellet quesiuit:statim audiuit. Nūc ad inferos descendes:et ad fundamenta terre, Si ergo uniuersi ordines superiorum potestatum eadem uolunt que deus/& tamen uocibus filii uti nequeunt:non idem uelle & idem nolle/filium in patre & patrem in filio monstrat:sed essentie incommutabilis similitudo atq; identitas, ¶ Preterea,si idem uelle facit ut alter in altero sit:hoc ipsum faciet (quod nonnulli hereticorum audent dicere) ut uerbum / sapiētia/& imago:dei filius appellet, Cur ergo etiā angeli:sapientia/ & imago dei/& uerbū dei/ & lumē de lumine/et splēdor/ & in forma dei nō dicunt? cū et ipsi uolūtatē suā ad uolūtatē dei cōformēt, quia uidelicet nō ꝑpter hoc neq; ꝑpter uolūtatū cōueniētiā:filius est in patre/ & pater in filio, neq; ꝑpter hoc/ filius:uerbum & imago dei est/nec sapientia & lumen de lumine ideo appella=
Cauillatō hereticorum tur.sed quia ex ipso patre:uere ac proprie genitus est. ¶ Si quoniam(inquiūt) imago patris filius est/idcirco unius substantie cum eo est:quid prohibebit nos quoq; homines qui similiter filii dei uocamur/ & ad imaginem dei facti sumus: eiusdem cum deo esse substantie? Sed nos(o contentionis cupidi uos)per gratiam:filii dei sumus,uerbum uero dei:filius ipsius secundum naturam est. De il=
Psal,88, lo enim dicitur.quis similis tibi domine in diis? nō enim de foris:sed naturaliter
Psal,81, filius est, De nobis autē, Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes, Vos uero tanq̄ homines moriemini: & sicut un⁹ principum cadetis, Facile enim nisi in fide & charitate uixerimus:gratiam amittimus, Imago autem dei sumus: quoniam ueram imaginem eius/hoc est uerbum eius suscepimus, & habitauit in nobis: homo factus propter nostram salutem, Immēsa igitur differentia est inter nos per gratiam filios: & uerbum dei/hoc est filium uerum dei, Friuola igitur hec ratio uestra est:qua sola similem patri filium putastis / quoniā uidelicet ea uelit que pater etiam uelit, unde sequitur potius uoluntatem uoluntati similem esse:non filium patri, Pater enim secundum uos:nomine solum pater erit. Filius uero:nec filius/nec incōmutabilis genitoris imago;sed solum imitator/& ut

ita dicam secutor uoluntatis eius, ut etiam Paulus Christi: cui similis erat / quoniam que Christus uolebat: ea & docebat & faciebat. Quare imago uoluntatis Christi: doctrina eius est / sed nō est idem filio dei secundum naturam. Hec omnia quoniam ita se habent: absurdum & impium est / similitudinem & identitatem filii dei cum patre: in alia magis re q̄ in substantia esse putare. Ita enim solum filius: uera imago patris erit / uereq; poterit dicere. ego in patre: & pater in me est. Et rursus, qui uidet me: uidet & patrem. Ita enim pater & filius similes sunt in omnibus: sicut in hominibus patres filiis / & filii patribus secundum naturam similes sunt: & ueluti si quis ad solem & splendorem eius aspexerit. Hac de causa cum filius operetur: pater operatur. et cum filius ad sanctos ueniat: & pater quoq; uenit, ut ipse dicit. Veniem⁹ ego & pater: & mansionē apud eum faciemus. Omnia enim (ut sepius dictum est) ex patre per filium fiunt. & Ioan. 14.
gratia que sanctis datur: ex patre per filium prebetur. Gratia (Paulus inquit) Roma. 1.
uobis a deo sit: & domino Ihesu Christo. Et alibi. Ipse deus pater & domin⁹ no 1. Tessa. 3
ster Ihesus Christus dirigat uiam nostram ad uos. Non enim / dirigant: pluraliter dixit, quod greci sermonis consuetudo flagitat: quando de duobus diuisis dicitur, sed dirigat in singulari numero: ut ineffabilem unitatem patris & filii ostenderet, significaretq; non seorsum aliquid dari aut fieri a patre / & seorsū a filio: sed ex patre per filium in spiritu sancto ut ex uno deo. Nam si non eiusdem essentie filius esset cum patre / & si non esset in ipsis unitas inseparabilis sicut in splendore & sole: solus pater operari & spiritum dare diceretur / nec in omnibus mentio filii fieret. Cur enim si creatura est filius: ipse solus & nulla creaturarum alia / cum patre operari & spiritum dare dicitur? Nemo certe audire patietur dicentē aliquem, utinam deus pater & angelus (uerbi gratia) quispiam dirigat uiam tuam, gratiā enim dare: deo soli conuenit. Cum igitur una cum filio et per filium omnia in spiritu sancto pater faciat: patet filium non esse creaturam / sed uere genitum ex patre, & patrem in ipso esse: & ipsum in patre, & ita uniuersa fieri / & gratiā sanctis dari ex patre per filium: ut Paulus testatur. Gratias ago deo meo semper de uobis propter gratiā dei que uobis da 1. Cori. 1.
ta est in Christo Ihesu. ¶ Sed si nulla (inquiunt) creatura cum deo simul in faciundo / dando ue aliquid accipitur: quāobrem patriarcha Iacob nepotes Io-
seph filios benedicens ait? Deus qui me alit ex infantia mea usq; ad hunc diem: Gene. 48
et angelus qui liberat me ex omnibus malis / benedicat pueros istos. Ecce deus nominatur: & angelus una cum eo. et quidem in singulari numero benedicere dicitur. ¶ Si prophetico spiritu decoratum heretici fatentur / et sanctum Iacob fuisse uirum non negant: cuius gratia ita ipsum errasse contendunt ut angelum deo cōiunxerit / et una cum deo posse benedicere putauerit? Nolint que so ita sanctum uirum illum uituperare: sed uerum suorum uerborum sensum inquirant / si sanctum fuisse illum arbitrantur. Sin uero minime id putant: cur authoritate ipsius ad confirmanda dogmata utuntur? Sed nos nugis hereticorum contemptis: patriarche uerba breuiter exponamus. Spiritu ergo ille sancto ad ueritatem dogmatum ductus: primo deum orat / ut pueros benedicat.

et simul etiam angelum: qui liberabat eum ex omnibus malis. ut per deum: patrem ipsum significaret, per angelum autem: uerbum patris, non enim igno-
Esaie, 9. rabat: quia nomen eius / magni consilii angelus est. Q; autem non angelū (ut intelligunt heretici) sed filium dei significarit: inde patet / q, cum dixisset angelus: statim addidit / qui me liberat ex omnibus malis, A uerbis igitur ipsius consideremⁿ: deus ne ipsum a malis omnibus liberarit / an aliquis angelorum qui
Gene, 32 sunt creati, Luctatus dicitur angelus cum patriarcha illo fuisse, Idq; scriptura diuina testatur, quem patriarcha tenuisse: dixisseq; ad ipsum dicit, non te dimittam: nisi me benedicas, Erat autem ille / deus: in specie creature cum patriarcha luctatus, sicut ipsius patriarche uoce apparet, Vidi faciem dei, Hunc igitur angelum quem tūc uidit: orabat ut pueros benediceret, Preterea uisus est
Gene. 28 (ut scriptura dicit) dominus deus patriarche Iacob: & dixit ipsi, Ecce ego tecū sum: & custodiam te in omni uia quocūq; ieris, Deus igitur erat qui liberabat ipsum: non angelus. Et rursus, quando Laban persecutus / deprehendit eum: tunc quoq; deus ipsum liberauit, ut ipse uxoribus dicens testatur. Et nō dedit
Gene, 31, (inquit) deus Laban potestatem: male faciendi michi. Et quando rursum frater Esau insidiabatur ei: non angeli sed dei auxilium implorabat dicens, Libe-
Gene. 32. ra me domine de manu fratris mei Esau: quia timeo ipsum, Deus igiť ipse hoc est filius dei / nomine angeli a Iacob in benedictionē filiorum Ioseph nominať. Sed species quoq; patris: filius dicitur, Saluatoris enim uerba ad Iudeos hec sūt.
Ioan, 5, Qui me misit pater: ille testimonium perhibuit de me / cuius uos nec uocē unq̄ audistis: nec speciem ipsius uidistis / et uerbum eius non habetis manēs in uobis quia quem ille misit: huic uos non creditis, Si ergo qui non crediderunt uerbo ex patre misso: nec uocem dei audiisse dicūtur / nec speciē ipsiⁿ uidisse / nec uerbū ipsius habere manens habitāsq; in ipsis: perspicuū est / q, si missū ad eos filiū dei suscepissent: uocē quoq; ipsius dei audiissent / & speciē eius uidissent / & uerbū eius habitās in eis habuisset, Oia ergo hec / filiⁿ esse ostēditur: uox / species / et uerbum patris. & si species est: patet quia etiam imago & character substantie genitoris / habēs in seipso naturaliter illum cuius character est, Vere igitur dicitur. Ego in patre / & pater in me est, & ego & pater unū sumⁿ, Idcirco quā-
Gene, 32. do patriarcha Iacob cognominatus fuerat Israel: tunc (ut scriptura dicit) sol ipsi ortus fuerat / quando transiuit species dei, Nichil certe aliud speciem dei scriptura ibi nominauit: nisi eum qui libere uereq; clamat, qui uidet me uidet & pa-
Obiectio hereticorum, trem / et ego in patre & pater in me est, et ego & pater unum sumⁿ, ¶ Sed saluator (inquiunt) patrem & pro discipulis & pro uniuersis in se credentibus rogat dicens, Pater sancte custodi eos in nomine tuo quos michi dedisti: ut sint
Ioan, 17. unum sicut & nos, Et rursus, nec ꝓ istis solis rogo: sed etiam ꝓ credētibus per sermonē istorum in me / ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te: ut & ipsi unum in nobis sint / ut mundus credat quia tu me misisti, Et ego gloriam quam dedisti michi dedi eis: ut sint unum / sicut et nos unum sumus, Ego in ipsis / & tu in me: ut sint perfecti in unum / ut mundus cognoscat quia tu me misisti, Queadmodum igitur nos quāuis homines secundum naturam sumus:

in patre tamē unū sum9/sic et ipse filius unum est cū prē: et ipse pater unū cū filio/sicut etiā nobiscū, Et quēadmodū nulla ratio coget similes prī nos scdm naturā esse:qa unū cū ipso fieri dicimur, sic nō est necesse filium ex substātia patris esse/qm̄ ait, ego in prē et pater in me est, cū ita sit ī prē/ut diximᵘ:quē admodū et nos ipsi, Aut ergo nos etiā ex substātia patris sum9: qm̄ ad unū cū deo reducimur, aut si hoīes tūc quoq; sumus/quādo unū facti sum9 cū patre: hoc ipsum etiam de filio credendum est, Remanet enim in natura sua: nec in substantiam patris conuertitur/quamuis unum fiat cum ipso, ¶ Hec hereticorū quoq; pater diabolus dixit: ac ideo audiuit, Nunc ad inferos descendes: et in fundamenta terre, Ausus enim fuerat dicere. Ascendam super nubes: & ero similis altissimo, Quare sicut uere fili9 dicit / ego et pater unū sumus: idq; propter identitatem substantie. sic et heretici uere dicerent, nos et pater noster diabolus unum sumus: qui unum et idem uolumus. Adeo enim insaniūt/ ut cum per gratiam ipsi quoq; dii uocentur: similes se esse putent ei secūdum naturam: qui gratiam dedit, Et qui uocati sunt ad similitudinem filii: secundū naturam equales esse se credant illi qui uocauit/et qui naturalem sibi dignitatem ex misericordia per gratiam eis concessit, Nam si pater et filius sic unum sint/sicut nos cum patre et pater nobiscum: nulla differētia erit inter uerbum dei et nos. sed erit idem nobiscum secūdum naturam: tempore forsan solummodo differens/qm̄ ante omnes fuit, Sicut Adam uerbi gratia similis secūdū naturam Paulo et Petro fuit: quamuis longo tempore ipsos precesserit, Quare igitur ipse creator noster uocatur: cum nos creatores nō simus: Et nos quidem per ipsum facti sumus: ipse autem creator omnium est, Consequens uero est si eiusdem nature cum ipso sumus: eundem apud patrem nos quoq; locum obtinere quem ille obtinet/et singulos nostrum unigenitos appellari/& uerba et sapientiam patris, Nam quorum natura una est: eorū nomen quoq; commune est, et quod uni secundum naturam inest: id ceteris quoq; inest qui eiusdem nature sunt. Que omnia si absurdissima sūt / nec creatores ipi uocamur/nec sapientia patris/nec lumen de lumine/sed solus hec filius uere possidet: non erit eiusdem nature nobiscum. Ineffabiliter igitur ipse ex patre est: & naturaliter unum cum ipso, nō sicuti nos: gratia et participatione/ueluti ferrū cū ignitū fuerit: et ignis/participatione dicitur, Non enim omnia que similia sunt alicui: unum cum ipso sunt secundum naturam, Nā multoties q̄ naturaliter aliis insūt: ea sicut imagies motionū uolūtatis nr̄e fiūt, Sane naturaliter aialib9 ratiōis expertibus inest pronitas atq; propensio ad irrationales affect9 explēdos: q. rōne nō habeāt qua illos moderētur & frenēt. Hic hoīes suo indulgētes animo et recte rationis ductum non sequentes/sed appetitū brutū atq; effrenem/illoꝶ censentur animaliū nomine/quorū insitas et naturales prosequuntur passiones, Et id quidem frequens in scripturis occurrit ac inuenitur. Veluti quod scriptum apud psalmistā est. Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibus non est intellectus. Et rursum, homo cū in honore esset non intellexit: sed cōparat9 beluis et brutis/similis fact9 est eis, Et alibi. equi furētes ī equas fa

Esaie, 14.
ps, 31.
ps, 48.
Hiere. 5.

Math.10, cti sunt,hec saluator ad discipulos suos apertiora fecit dicens.Estote pruden=
Lucc,6, tes sicut serpentes:& simplices sicut columbe , Et rursus, Estote misericordes:
sicut et pater uester in celis misericors est,Si ergo similes secundum naturam
facti sunt beluis et brutis: qui carentiam rationis ipsorum secuti sunt, et rur=
sum si discipuli serpentis prudentiam/columbe simplicitatē/et celestis patris
misericordiam imitati/serpentes/columbe/& dii secūdum naturā facti sunt:
nihil prohibet quando unum fieri cum domino dicimur/ aut cum ipso deo pa
tre:unum cum deo essentialiter nos factos esse arbitrari.Sin autem operatio=
nis alicuius similitudo facit/ut serpentes uel columbe et cetera dicamur:nō eri
mus secundum substantiam idem cum deo/quia unum cum ipso facti esse di=
cimur,Sed sicut ipse unum est natura cum uerbo suo:sic et nos ad unum inter
nos reducimur/uoluntatis coniunctione atq; concordia:quando nullo modo
dissentimus/sed uno charitatis uinculo in unitate coniungimur.¶Preterea.
solet saluator & dominus noster bona que naturaliter insunt sibi/proponere:
et ad similitudinem hortari nos/ut ad diuinā sic imaginem ad quam facti su=
Math,11, mus/nos reformet,Quādo igitur mites nos esse hortat᷑, discite a me(inquit)
qm̄ humilis sum et mitis corde,nec tamen si eum imitati mites erimus:natura
quoq; ideo sibi similes erimus/sed in sola mā̄suetudine inq̄tum fieri potest as=
similabimur , Sic igitur quādo de nobis dicit,ut sint unum/sicut et nos unum
sumus/ad exemplar nos hortatur,nec quia natura unū cum deo fieri posse=
mus:id dicit.Sed ut quemadmodum naturaliter ipse unum cum patre est:sic
nos concordia & consensu unum simus, naturalemq; identitatem patris &
filii quasi exemplar secuti:uoluntatis coniunctione ipsam imitemur/que nos
quasi corpus unum & animum unum efficiat. Sic enim de iis qui crediderunt
Actu,4, scribitur,quia multitudinis ipsorum cor unum et unus anim9 erat, Nam que
aliquib9 natura insunt:firme quasi fiunt imagines/si qui uoluerint suā ad eas
Math,10. uoluntatem conformare.quale illud est.estote sicut serpentes:estote sicut co=
lumbe,Identitatem igitur naturalem quam habet cum patre: et imaginem/
et similitudinem/et exemplar(quod intuentes:uoluntate uniamur)nobis pro
ponit, Quando igitur de nobis dicit. ut et ipsi unum sint: sicut et nos unum
sumus.non ut omissa natura nostra/ad naturam filii commutemur:id dicit,
sed ut(ueluti dictum est)id uoluntate nos efficiamur:quod ipse natura cū pa
tre est, Quare si quis naturalem coniunctionem nobis cum filio dei futuram
arbitratur:uehementer errat/impossibilia fingens, Nam si dicere uoluisset/
natura nos unum cum filio fore: dixisset profecto.ut unum ipsi mecum sint:
quemadmodum ego tecum, Nunc uero nō ita dicit:sed plurali numero utit᷑,
ut sicut ego et tu unū sum9:sic & ipsi unū ī nobis sint, Ita clare docet/nō natu
ra cū deo nos coniūgi:qđ īpossibile est/sed posse fide atq; charitate, cū ad exē
plar naturalis unitatis filii & pr̄is/ nitimur unū unitate uoluntatū fieri: qđ ipsi
et pr̄i/nature inest unitate.¶Preterea.qđ ī deo fieri dicit᷑:nō nature mutatio
ps̄,43. ne/sed ab eo uel p eū fieri significat,In te(inqt psalmista)inimicos nr̄os cornu
ps̄,17. petem9,Et rursū.In deo meo trāsgrediar murū , Perspicuū eni est q̄ nō ī deo

naturaliter factus:murum se transgressurum et cornu petiturum dicit,sed in nomine dei & in uirtute ipsius:id se facturum ostendit. Quando igitur dicit: ut ipsi quoq; in nobis unum sint/nō quia natura humana conuertatur ad dei naturam: id dicit,sed quia in nomine uirtuteq; patris et filii:unam habebunt uoluntatem atq; cōsensum, Addidit autem/sicut & nos unum sumus: ut exemplar uniendarum uoluntatum/naturalem suam unitatem cum patre/credentibus proponeret. Similitudinis enim aduerbia:sicut/quasi/ueluti/ceteraq; huiusmodi:non totam rem eandem toti significant/sed similitudinem aliquā ostendunt, Ideo addidit:ut sint perfecti in unū,ut totius textus hic sensus sit, Nam quia magnam immo immensam generi hominum filius dei cōferre gratiam uoluit:ideo uniuersos ad cōiunctionem attrahi sui studuit,factus est enī in nobis:quia hominem induit is qui patrem habet in se/sicuti uerbum & splēdor eius, Sicut igitur ego(inquit)in ipsis sum/qui homo factus idem cum ipsis sum:et tu pater in me/qui eiusdem tecum substantie sum, sic uolo ut et ipsi in unitate inter se coniuncti/et quasi unum facti corpus: in me omnes sint/qui omnibus propter assumptione unius templi coniunctus sum, Et sic erunt unū et erunt perfecti: sicut ego perfectus sum etiam post hominem assumptum, Non igitur natura nostra omissa: ad dei naturam mutamur,sed unnm esse cum deo dicimur/quia participes eius sumus, In hoc(inquit Ioannes)cognoscimus quia in ipso manemus/& ipse in nobis:quia ex spiritu suo dedit nobis, 1.Ioan.4. Si ergo quia participamus spiritu sancto/unum sumus cū deo/et nos in ipso/ et ipse in nobis manere dicitur:et filius dei non est de numero participātium spiritu sancto/sed ipse dator ipsius spiritus est: patet quia nō ut ipse in deo patre est/sic & nos sumus. sed ipse quidē in ipsa genitoris natura sicut uerbum/ sicut splendor/& sicut character ipsius est, Nos uero/quia spiritu sancto per ipsum filium participamus:unum esse cum deo dicimur, Idem Ioannes alibi 1.Ioan.4. scribit,quicunq; confitebitur quia Ihesus est fili9 dei:de9 in ipso manet/et ipse in deo, Si ergo propter huiusmodi cōfessionem in deo sumus/et ipse in nobis: filius uero nō ea de causa sit in patre (nec enī pro merito confessionis in dono accepit:ut sit in deo) non est ambiguum homines gratia et dono unum esse cum deo/& propter fidem et confessionē huiusmodi/donū hoc diuinitus accipere, Dei autem uerbum naturaliter est in patre:non dono & gratia/et patrē similiter habet in se, Quod ut apertius intelligatur: ponamus aliquem fide & charitate confiteri nunc quia Ihesus est filius dei, Is ergo secundum Ioannis dicta/spiritū sanctum propter huiusmodi cōfessionem accepit, et qm̄ deum in se accepit:et deus in ipso & ipse in deo est. Ponamus etiam q̄ postea ex suggestione diaboli mutet homo huiusmodi sententiam:et neget Ihesum esse filium dei. amisit igitur gratiam:et a spiritu sancto desertus nec ipse in deo erit nec deus in ipso, Hic certe sicut ante confessionem homo erat: sic & in confessione et ī negatiōe homo erit, Nō ergo naturaliter deo cōiūgimur:nec natura unū cū ipo fideles sum9,sed ut grā & charitas nos illi cōiungit: sic uiciū ab illo nos remouet, Si ergo cōfitētes in charitate/qa Ihesus est fili9 dei:in deo sum9/

et negātes alienamur ab ipso: filius autē non dono nec propter concessionē huiusmodi / cū deo est: nō erit certe ita ipse in patre / sicut nos, Sed ipse quidē: naturaliter & incommutabiliter / sicut ex ipso natus, nos uero: gratia & participatiōe. Quare sicut ipse naturaliter et filius et de9 est: sic nos gratia et participatione / filii dei & dii efficimur,

¶ De similitudine filii ad patrem. et q̄ filius non est nature mutabilis / neq; de foris subsistens: sed ex ipsa substantia patris genitus / sicuti uere filius, Cap, II,

Aduersariorū captiosa obiectio,

S I filius incommutabilis (inquiunt) patris imago est / similisq; est in omnibus et per omnia genitori: cur ipse quoq; non generat / et cur filii alicuius non dicitur pater? Sic enim exacte similis per omnia ipse erit, Sin autem ipse non generat: quomodo in non generante generās erit? Dissimilis enim alienusq; a patre: in hoc erit, ¶ Si deus omnino quemadmodum homines generat / nec ulla differentia inter hec est: iure / generandi potestatem etiā a filio peteret. Sin uero lōge sublimior est natura dei: erit certe a legibus quoq; nostris libera, Non igitur ut homo: genuit deus. quare qui natus est: humanis

Esaie, 53, legibus non subiicitur, Ineffabilis eni: sua ex patre generatio est, Q̄ si putent necesse esse / a filio dei alios nasci: quia ipse natus ex patre est / cur patri etiam patrem non querunt: secundum humani generis consuetudinem? Sin autem pater a nullo est / et nostras leges omnino etiam in hoc superat: nulla ratio coget ut a filio filium nasci oporteat, Erit enim in hoc etiam patri similis: ut sicut hanc animalium naturam pater excedit / quoniam a nullo est: sic filius quoq; excedat / quoniam nullum generat. Nam propter hoc etiam: mirabilis imago patris in filio est, Sicut enim pater immutabilis est / quia semper pater & nunq̄ filius: sic uerbum suum ex ipso prodiens / immutabile permanet patris uerbū et semper filius / et nunq̄ pater. Similis igitur in hoc quoq; genitori est; ¶ Sed interrogare nos solent, utrum liberi arbitrii filius sit: an minime? Nam si liberi est / inquiunt: electione non natura bonus est. quare potuit in contrarium immutari, Hec enim liberi arbitrii uis est: ut ad utrāuis partem tēdere possit. Id autem mutatio et passio est. quā qui potest pati: quomodo immutabilis dei atq; impassibilis erit imago? Sin autē minime liberi arbitrii filius est / atq; ideo nō potest diuersa eligere / sed necessario semper manet quod est: quasi lignū uel lapis in seipso subsistet / nature uinculis nō libertate arbitrii unit9. ¶ Oporteret certe non respondere ad hec interrogata: que ita inconsiderate proferūtur, Nam melior tunc taciturnitas est / quando ita uersute cōtexte interrogationes sunt: ut sine blasphemia respondere non possis, Si enim liberi arbitrii filium esse dixeris: sequitur statim ex libertate mutatio, Liberū enim est: quod mutari etiā in contrarium potest / quamuis id nunq̄ passum sit, Sin uero alterum dixero: statim quasi lapidem propter immobilitatem filiū dei esse conclamāt. Hec nec sine suo periculo agitant: nec sine aliorum periculo predicant.

¶ Sed quid ipsi facient: si nos quoq; de patre similiter interrogabimus? an sicuti uos/formidabunt: et tacere melius q̃ hec proferre arbitrabũtur? Sed si tamen nos quoq; coacti similiter (ut dixi) de patre interrogaremus: quomodo responderent? Hic ergo uideant oro: q̃ periculosissime sint interrogationes huiusmodi, et simile patri esse uerbum suum in omnibus: preterq̃ q̃ pater
1 solum pater est/et filius solum filius/constantissime pieq; credant, ¶ Nam si patris incommutabilis imago est/uereq; dicit, ego & pater unũ sumus. & qui Ioan.10.
me uidet: is patrẽ quoq; uidet/imutabilis certe sicuti pater est, Quomodo eni Ioan.14.
uera imago immutabilis patris: mutabilis fili⁹ erit? Aut quomodo uere dicet: unum sumus/si mutabilitate et immutabilitate differarãtur / et tam magna dissimilitudine distrahuntur? Quare quoniam impossibile est falsa dici a ueritate: unum ipsa ueritas hoc est filius et pater erunt, Et ita necessario/quod pater est: id ipsum fili⁹ quoq; erit, Sed immutabilis/pater est, immutabilis igitur
2 etiam filius/et per omnia patri similis. ¶ Preterea, si liberi arbitrii secundum hereticos et mutabilis naturaliter filius est/sed electione boni ad eam cõditionem peruenit: ut iam nullam ad patrem habeat differentiam/sed possit dicere, qui me uidet: is etiam patrem uidet/nihil in deo magnum est. quippe cuius naturalem bonitatem etiam mutabiles creature possint assequi/si uoluerint, Id quoniã impie dicitur: necesse est ut ad naturalia deitatis bona/nulla rationalis creatura possit peruenire. Sed omnia naturalia bona deitatis: in filio esse a scriptura predicantur, Natura igitur similis patri est: non studio/aut quia mutatus ad similitudinem patris est, Perfectus enim est ex perfecto: et immutabilis ex immutabili, Quomodo enim non erit perfectus: qui non rapinam arbitratus est se esse equalem deo? Aut quomodo nõ est immutabilis: cui unũ Philip.2.
3 et idem esse cum patre ipso est? ¶ Ad hec, arbor ex fructu suo cognoscitur, Math.7.
Fructus autem patris/uerbum suum: hoc est filius suus est. Quare aut arborẽ etiam mutabilem esse ostẽdant, aut si arbor immutabilis est/itaq; ab ipsis cre
4 ditur: filium quoq; immutabilem esse credãt, ¶ Presertim cũ multa sint scripture testimonia: quibus immutabilis filius esse demonstratur, Nam dicenti Ioan.14.
Philippo/ostende nobis patrem/& cetera: tanto (respondit) tempore uobiscũ sum: & non cognouisti me philippe? Qui uidet me: uidet & patrem meum, Si ergo filii cognitio/patris cognitio est: necesse est talem esse filiũ / qualis sit pater, Sed pater immutabilis est, imutabilis igitur filius est, Et Paul⁹. Ihesus Chri Hebre.13
stus heri & hodie: ipse quoq; in secula, Et psalmista, Tu ab initio domine terrã ps.101.
fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi, Ipsi peribunt/tu autem permanes: et omnes quasi uestimentum ueterascent, Et sicut opertorium mutabis eos/& mutabuntur: tu autem idem ipse es/ et anni tui non deficient, Et saluator ipse de se, uidete me uidete: quia ego sum et nõ mutor. Et Hieremias, quia Malach.3
tu sedens es in secula: et nos perimus in secula, hic enim stabilitatẽ atq; immutabilitatẽ diuine nature: p̃ sessionẽ, p̃pheta significauit, Mutationẽ uero creaturarũ cõtinuã significauit: cũ dicit/et nos perim⁹ i secula. Si ergo scriptura in creaturis solũ mutationẽ & iteritũ nouit: & ab his filiũ excipit/cũ dicat, Tu ue=

D.3.

ro idem ipse es: non est certe mutabilis nature filius, Non est enim idem: qui
mutari possit, ¶ Accedit, q̃ si non sit naturaliter immutabilis/ sed per acci= 5
dens id assecutus/ patriq; factus sit postea propter uirtutes suas similis: fuisset
aliquando dissimilis patri. Et quomodo erit filius: qui aliquando dissimilis na=
ture fuit? Aut quomodo stabilis ĩ eo erit beatitudo/ bonitas/ ceteraq; huiusmo
di: si per accidens hec sibi contigerunt? nam que acciderunt: desinere quoq;
poterunt, Impium ergo est cogitare/ mutabilem esse filium: de quo ait scriptu
Psal,101, ra, Tu autem idem ipse es, et in quo omnes deitatis dignitates inesse perhibē=
tur, ¶ Ad hec, quod mutari potest: nõ potest uere de seipso dicere, Ego sum 6
Ioan,14, ueritas. Nam quod modo sic est/ et deinde non sic: ipsum in seipso mutatur,
Filius autem uere de seipso dicit, Ego sum ueritas, non est ergo mutabilis: sed
similis patri atq; incommutabilis, ¶ Mutabilem esse filium ostendere studēt
heretici: ut ex hoc creatura et dissimilis patri esse uideatur, Multaq; ad cõpro
bandum furorē suum ex scripturis proferūt: ut simpliciores authoritate ipsa=
Philip,2, rum seducant. Et inter alia: illud apostoli, propterea et deus ipsum exaltauit:
et donauit illi nomen quod est super omne nomen/ ut in nomine Ihesu omne
ps,44, genu flectatur, Et illud psalmiste, propterea unxit te deus deus tuus oleo exul
tationis: pre participib9 tuis, Deinde cauillantur dicentes: propterea/ ideo/ ce
teraq; huiusmodi uerba causam significare: propter quā exaltatus est/ & pro
pter quam donatum est sibi nomen super omne nomen: et propter quam un
ctus est oleo exultationis, Si ergo (inquiunt) aliqua de causa hec habuit: muta
tus est necessario/ et factus talis qualis nõ erat antea: q̃ hec sibi donata essent.
Deinde omnis data dignitas potest auferri, qui autem eius conditionis est ut
possit sibi dignitas aliqua dari et auferri: quomodo similis omnino erit immu=
tabili patri? et quomodo uera eius imago erit: qui semp idem est? ¶ Si secūdū
uos aliqua dei filius de causa exaltatus et oleo exultationis unctus est: si cau=
sa illa non fuisset/ non esset quod est, et ita non esset natura deus: sed per gra=
tiam. nec natura filius: sed per gratiam, et merces sibi data esset: ut et deus &
filius dei uocetur. Nulla igitur esset inter ipsum et nos differētia, liceret enim
etiam nobis: per fidem & charitatem similia consequi, quippe et dii et filii dei
per gratiam uocamur: et oleo exultatiõis ungimur, Est autem absurdissimū:
filium dei uerum/ propter quem deus pater est uerus. quia ita est deus ex deo:
ut homo ex homine, absurdissimum inq̃ est: equalem nobis ipsum filium dei
putare/ qui non uere filii et dii sumus: sed per gratiam/ propter misericordiā
Philip,2, dantis, ¶ Preterea apostolus Paulus de ipso dicit: quia in forma dei est/ nec ra 7
pinam arbitrat9 est esse se equalem deo: sed seipsum exinaniuit/ formam ser=
ui accipiens, Et post pauca, propterea deus ipsū exaltauit: et donauit illi nomē
qđ est super omne nomē, Quādo igit̃ fuit fact9 homo: tūc sibi nomē fuisse do
natū scribit̃/ et tūc exaltatus dicit̃, Num igitur ante ĩcarnationē: huiusmodi
nõ fuit? Nā si fuit huiusmodi: supfluū est dicere postea ipsū accepisse, Sin uero
nõ fuit talis/ neq; habebat hec: mutat9 pfecto cū acceperit est, Quid igit̃ erat
scđm uos: anteq̃ hec accepisset? Sed si hec fact9 hõ/ accepit ut hõ: sapia certe et

uirtus patris/& ueritas / & lumen de lumine / et uita/& imago patris semper fuit/et semper erit, Nam si hec quoq; ante humiliationem non habuit: uideat queso quomodo rerum omnium ordo per summã impietatem conuertatur, Scripture namq; diuine/incarnationem filii hominis factam predicant: ad restitutionem totius humani generis. Sin uero(ut ipsi dicunt) exaltatus post incarnationem est filius dei/et factus sublimis/quod antea non habebat: pro se magis incarnatus esset q̃ pro hominibus. Sibi enim magis secũdũ uos profuit: q̃ hominibus, Ita non pro nostra salute magis q̃ ut ipse exaltaretur/nomenq; maximũ assequeretur: homo factus esset. Quomodo igitur prophete et apostoli saluatorem appellant nostrũ: si sibi magis q̃ nobis profuerit? Vel quomodo pro nobis mortuus est: si ea pro morte / deus ipse ac filius dei appellat⁹ est? Hec impia si quis uoluerit effugere: firmiter credat necesse est/nihil mutatiõis
8 filio dei accidisse/sed naturaliter similẽ patri ut filium uere cõfitebitur. ¶ Ad hec, si non fuerit secũdũ uos semper filius: aut si erat quidẽ/sed melior postea factus est/quando humiliatus formam serui accepit: quomodo per ipsum oĩa facta sunt? aut quomodo dilectus erat patri filius: qui perfectus non erat? Imperfectus enim erat scd̃m uos: quoniã multo melior factus postea sit. Aut quo modo adorabilis postea factus est: qui a principio id habuisse uidetur? Adorauit enim ipsum Abraham in ilice Mambre: & Moses in rubo/dicẽtẽ. Ego sum qui sum. quomodo autẽ(sicut Daniel ait) millies centena milia ipsi administrabant? quomodo in excelsa elataq; sede sedere uidebatur: ita ut seraphin ei gloriam redderẽt? Aut quo modo rursus celorum uirtutes cum audissent: tollite portas principes uestras/interrogassentq; quis esset iste rex glorie: audierunt rursum/dominus uirtutum ipse est rex glorie? Non dixit: factus est dominus uirtutum/et rex glorie, sed hic qui est nunc/et olim erat dominus uirtutũ: est rex glorie, Si ergo id erat olim et ante incarnationẽ/quod modo est: nõ absq; impietate/mutationis dicitur susceptiuus, Nec (ut heretici aiunt) quoniam recte egit filius: et sapientia/et uerbum dei appella t⁹ est. sed erat semper immutabilis / et genitori naturaliter in omnibus semper similis / non a minore gradu ad maiorem mutatus: sed cõtra / quispiam potius diceret, Exinaniuit enim seipsum: formam serui accipiens, Et ita tanto submissior uisus est: quantum inter deum & hominem interest, Nõ enim erat antea creatura: et postea de⁹. sed cum deus eternaliter esset: fact⁹ est postea homo, Melior ergo ipse per incarnationem factus non est, Exaltari autẽ dicitur/et in loco gratie nomen super omne nomen accepisse: quoniam cũ assumpta carne illo reductus est/ubi semper est sine carne, Ipse quippe dicit ad patrem, pater glorifica me illa gloria: quam habebam apud te anteq̃ mundus esset, Que autem erat gloria filii anteq̃ mundus esset? illa uidelicet q, erat in forma dei, Non ergo ad meliorẽ mutat⁹ est. sed gloria et exaltatio que post icarnationẽ sibi donat: nihil aliud est q̃ dedecoris(ut ita dicã) destructio, qd̃ dedec⁹ ꝓpter hũiliationẽ usq; ad assumendã carnẽ & formã serui/quãuis carnis & serui ꝓpriũ esset: in ipsũ tñ propter incarnationem redundare uidebat, presertim qm̃ homo solũ & nõ deus

Ioan, 1.
Gene. 18,
Exodi, 3,
Danie. 7.
Esaie. 6.
ps, 23.
Philip, 2,
Ioan, 17,

putabatur, Dicuntur autem hec a patre dari: non quoniam ab ipso etiam ut deo non concedebātur, sed quoniam una persona filius dei est cum homine: qui hec recepit, ¶ Ad hec, si secundum uos post humiliationem incarnatiōis 9
exaltatus esset/et ideo donatū sit illi nomen super omne nomen: ut uidelicet deus uocetur/et propterea etiam unctus sit/filiusq; nominat9: necesse erit dicere/non fuisse ista prius in filio dei, Non eni potest aliquis accipere: quod etiā
ps.81. habet anteq̄ accipiat, Quomodo autē uere scriberetur: ego dixi dii estis/& filii excelsi omnes? Id enim ante incarnationem dictum est: ante quā secūdum hereticos non dicebatur filius dei. Quomodo igitur ipse aliis misericordia sua dicebat: dii estis/et filii excelsi omnes? Non enim possunt ad imitationem ueri filii/per gratiam filii fieri: nisi uerus antea filius fuerit, Nā si participatione filii per ipsum adoptamur: quomodo participans ante participatum erit? et quomodo quod factum est: prius illo erit per quod factum est? Hec absurda nimium atq; impossibilia sunt, Immutabilis ergo filius est: nec per gratiam/sed substantialiter ac naturaliter idem cum patre est, ¶ Preterea, si quasi uirtu- 10
tis uel humiliationis uel obedientie mercedem habuit: et sic factus est quod nō erat/filius dei/quo modo ante incarnationem nonnulli patrē cognoscebant?
Math,11. cū dicat filius. nemo nouit patrem preter filium: et cui filius reuelabit, Nam si non erat secundum uos filius: non erat certe reuelator. quo modo ergo pater reuelatus patribus fuit? Q̄ si semper pater cognoscit: et reuelator certe semper fili9 est. Sed erat et est semper naturaliter patri similis: rei nullius indigēs/perfectus atq; incommutabilis,

¶ Q̄ ex substantia patris filius est: nec extra productus/ut heretici aiunt, & quoniam non extra productus: ideo similis patri est, Cap.III.

Non esset (inquiunt) deus excellētior homine: si sicut homo ex seipso pariat hominē/sic deus ex seipso pariat filium. Verum quoniā super oēm creaturam est: non pariet ex substātia sua/ut homo/filium: sed extra ipsum producet. Non erit ergo filius natura similis patri, ¶ Libenter interrogauerim: utrum isti nulla in re uestigiū similitudinis dei esse in nobis/et in ceteris creaturis opinantur, Nam si aliquod esse consenserint: inane inuenitur quod nobis proposuerunt. Sin uero nullum similitudinis uestigium esse contēdant: dicant nobis queso an homo substantia est, Et si substantia est: cur non negant deum substantiam esse? Et rursus. uerbū habet homo. rationalis eni est, Et erit ergo deus secundum istos absq; uerbo: si nullum uestigium eius in homine est. Si autem quantū natura nostra patitur/similes in his deo erimus: cur etiam in generando/aliquam similitudinem nobiscum deus non habebit? Oportet certe intelligere atq; credere: quoniam ad imaginem diuine nature facti sumus, id quoq; cum multis aliis habere: ut ex nobis possimus generare, quoniam & creator deus ex seipso generat filium: nec extra seipsum producit/& ideo etiam similis illi natura in omnibus est, ¶ Sed nos (inquiunt) corporei alimenti abundantia quasi materia usi: filios inde generamus, sicut quando etiam extra nos quicq̄ facimus: materia nobis opus est. Deus uero

ut cuncta ex nichilo creat / nulla materia indigens: ita nulla in seipso multiplicatur materia / ut ex ea possit filium parere, Sicut ergo non ex presubiecta materia creat / sed extra ex nichilo cuncta producit: sic ex seipso generare filium non potest, non erit ergo filius naturaliter patri similis: quoniam neq; ex ipso / sed extra ipsum / ab ipso productus, ¶ Quo modo igitur o ingeniosissimi uos unigenit⁹ esse filius scribitur: si etiam ipse ueluti creatura / creat⁹ ad extra est? Ioan., 1,
Aut quo modo uere filius: qui ex substantia genitoris non effulsit? Nam si possibile esset / que ex nichilo id est ad extra producta sunt / filios naturaliter appellari: non esset unigenitus filius uerbum dei / cum in hoc: cum omnibus creaturis conueniat, Si autem possibile non est / sed solus unigenitus est filius dei: non ut creatura / a non esse ad esse uocatus est, sed sicut uere filius ex patre prodiit: atq; ideo similis ipsi est. ¶ Preterea, si omnia ex nichilo producta sunt / et ipse similiter filius: quāobrem ille / natura dominus est / omnes autem creature: natura serue? Aut enim domini nomine: naturaliter cūcta honorari par est. aut ipsum quoq; filium / seruū cum omnibus appellari: si similiter creaturis ex nichilo ad extra productus est. Id autem nusq̄ in diuina scriptura legitur, sed filius quidem natura dominus scribitur: creature uero natura serue, Ecce (inquit) omnia tibi seruiunt, Et filium quidem una cum patre adorari & glorificari legim⁹: creaturas uero adorare atq; glorificare, Non est ergo (ut cetera) Psal., 118,
productus ad extra: sed ut natura filius ex patre generat̄, similis ergo in omnibus genitori naturaliter est. Sed ignorare uident̄ isti qui syllogismis inanib⁹ & sonitu magno uerborū magis q̄ ueritate iactant: quia quod uere est / & quod ex propria sua substantia generare uere potest: deus est, ipse enim est: qui est, Exodi. 3,
nam cetera omnia non sunt anteq̄ producantur, Quod igitur uere est / cui esse proprium nomen est: ipsum solum ex sua substantia generat, Cetera enim (ut uerbi gratia / homines) non ita ex sua substantia generare uidentur, quia non ex seipsis id habent: sed a diuina uolūtate ad hoc uocati sūt. Diuina enim lex que creatoris uoluntas est: facit ut homo generet, quod patet / quia nō omnia generant: sed solum que ipse uoluit, Quod igitur proprie generat ex se ipso: deus est, cetera ad imitationē illius id faciunt, Quo modo igitur non absurdum est dicere / creaturas que deum in hoc imitantur: filios ex seipsis parere, et exemplar illud ad quod create sunt / non generare ex seipso: sed ad extra filium suum produxisse? Quoniam igitur id absurdum est: pater uere ex seipso filium generat / & ideo similis sibi filius in omnibus est. et eternitas atq; incōmutabilitas patris: in filio quoq; naturaliter erit,

¶ De similitudine patris et filii, similiter ꝓposito textu, Nemo bon⁹ nisi deus, Cap. IIII,

Si nemo (inquit) bonus nisi deus / ut ipse testatur filius: quomodo erit similis patri / qui natura bonus non est? presertim cum apertissime a naturali substātialiq; bonitate seipsum excipiat, Cur enim (inquit ad scribam) bonum me dicis? nullus bonus preter deum, ¶ Aut nō uident: quātum ex his uerbis sequitur periculū, aut si uident: ludere uolunt in re in qua minime ludendum est, Patrem enim Mar. 10.

solum/naturaliter bonum esse uolunt;filium uero minime, Quomodo igitur erit filius:si naturaliter patris similis non erit? ¶ Sed in hoc (inquiunt) similem dicimus:quoniam pater talem uoluit ipsum facere qualis ipse pater est. Quemadmodum quando artifex domum edificat: similis est domus et imago exemplaris quod in mente artificis est.et tamen propter materiam alia est edificata dom9:q̄ illa que in mēte artificis est/& longe alia q̄ ipse artifex, Vt ergo dom9/ imago & similitudo mentis est:sic & filius patris,non autem secundum naturā et substantiam imago ac similitudo est:ut uos predicatis, ¶ Ridicula hec sunt omnia:immo autem lachrymis digna. Quis enim non ingemiscet:tantam hominum impietatem considerans? Nam si secundum essentiam dissimilis patri est/similis autem secundum simulachrū & imaginem mentis:necesse erit primum ut compositus sit ex diuersissimis rebus atq; cōtrariis/ex simili dico atq; dissimili,& ita nō erit totus lux/nec totus ueritas/nec totus imago patris. Deinde ad hec necesse est:ut ad ipsum quoq; patrem hec impietas transeat, Compositus enim etiam ipse necessario erit ex substantia & mente/uel imagine illa quam in mente habet, Quippe cum secundū istos filius substantialiter quidē dissimilis patri sit: similis uero secundum illud mentis exemplar, Quo modo igitur pater/omniū rerum principium erit:si non simplex sed composit9 erit? Primum enim simpliciter/haudquaq̄ compositum esse potest;quia nichil potest ipso preintelligi a quo cōponatur/nec ulla diuersitas in primo simpliciter est, Composita uero/congregationē diuersorum simplicium habent/que ipsis necessario preintelliguntur. Quoniam igitur hec omnia/impia impossibiliaq; sunt:similis erit necessario secundum essentiam patri filius. Nam si non est sub

Phi,2, stātialiter similis:nec perfecte similis erit, quomodo ergo non rapinā arbitrat9 est: se esse equalē deo? Nā qui equalis deo est:is substātialiter quoq; similis est,

¶ Thesauri Cyrilli libri tertii:finis.

¶ Eiusdem liber quartus.

¶ Q; per participationem:ad imaginem dei formamur, Cap,I,

Roma,8 NOn potuit homo ad imaginem esse creatoris:nisi spiritu sancto participaret, Si quis enim (Paulus ait) spiritum Christi non habet:hic ipsius Christi non est, Sed si possemus absq; participatione spiritus ad imaginem dei esse:omnes profecto Christi essemus/etiam si spiritu

1,Ioan,4 sancto non participarem9, Ioannes etiam ait, qui seruat mandata eius: in ipso manet/et ipse in eo, Et cognoscimus q, manet in nobis: ex spiritu quem dedit nobis, Si ergo seruantes mandata/spiritu sancto participant: quo participantes/ad imaginem creatoris formantur: perspicuum est non posse homine deo assimilari/nisi modo quodam ipso participet. Et rursus saluator hominem re-

Ioan,20, nouans atq; restituens:insufflauit discipulis dicens, Accipite spiritum sanctū. Quod igitur hominem renouat:id homo ante lapsum quoq; habuit. Vt ergo ad imaginem dei modo perfectiore homo fit: spiritus sanctus sibi donatur, nō enim ita perfecte ad imaginem dei esse uidetur:nisi spiritum sanctum habeat. Si ergo spiritū filii accipientes/ad imaginem reformamur:quomodo dissimilis

erit patri uero deo/qui alios per ſpiritum ſuum ad ſimilitudinem dei reuocat?
¶ Incōmunicabilis(inquiūt)quia nemo participare ipſo poteſt: pater propter Captiō he
exceſſum eſt, Non enim poteſt natura humana/deitate patris (que omnia ex reticorū,
cedit) participare, Et tamē cum ſit per ſe imparticipabilis nobis: per filium qua=
ſi per minorem in nobis habitat. Quo modo ergo ſimilis eſt imparticipabili pa
tri filius: qui a nobis participat? ¶ Si ueluti uos dicitis(qui tanq̄ uinolenti omnia
turbatis) magna et ineffabilis deitas patris eſt: certe neceſſe eſt ut concedatis
magnam & ineffabilem bonitatem ipſius eſſe, Quo modo igitur erit adeo bo
nus ut ſit ipſum bonum: qui creaturas longe a bonitate ſua diſterminat? cum
natura boni flagitare uideatur: ut omnibus ſe proponat/ & frui ſe omnes uelit
prout ſinguli poſſunt, quod certe facit, habitaturum enim ſe in nobis promit= Ioan,14,
tit: & in filios adoptaturum, Ita ergo clemens & bonus deus eſt: ut bonitas ſua
per filium in ſpiritu ſancto ad omnes tranſeat/ & nemo a participatione ſue
bonitatis repellatur, Patris uero participatio: per filium in ſpiritu decenter et
proprie fit, nam & ſole/per ſplendorē qui ex eo emittitur/nec ſine calore par=
ticipamus: qui operationis ſpiritus ſancti imaginem gerit, Sicut igitur ſpledor
ſolis/per quem ſol participabilis eſt/ſoli non diſſimilis eſt: ſic et filius non eſt diſ
ſimilis patri, Nam ſi participatio eius/participatio patris eſt: eadē omnino ſub
ſtantia patris et filii eſt, & ideo ſumma ſimilitudo/ immo eadem penitus eſſen
tia patris et filii eſt, ¶ Sed quomodo (inquiunt) eiuſdē cum patre filius erit ſub Cauillus
ſtantie: qui patre adeo minor eſt/ut ipſum nō uideat? Id enim ipſe teſtatur di= a duerſa=
cens, Deum nullus uidit unq̄, Vnigenitus filius dei qui eſt in ſinu patris: ille ex= riorum,
poſuit, Si ergo uniuerſis pater eſt inuiſibilis/et filius unus ex uniuerſis eſt: quo= Ioan,1,
modo eſſentialiter erit patri ſimilis/qui adeo minor eſt ut ipſum non uideat?
¶ Immo quo modo non aperte cum ueritate et cum omnibus ſcripturis ſacris
uos pugnatis: qui dicere audetis nō uideri patrem a filio? cum ipſe clamet: ne= Ioan,6,
minem uidere patrem/niſi eum qui ex deo eſt, et aperte dicat, Qui uidet me: Ioan,14,
uidet & patrem, Quo modo autem et ſpiritus eius omnia que ſunt/et ipſa dei 1,Cori,2,
profunda ſciet: ſicut & ſpiritus hominis ea que ſunt in ipſo? Aut quo modo fili=
us patrem non uidet ſecundum uos: cum etiam angeli ſcribantur faciem pa= Mathi,8,
tris uidere? Et quo modo filius uere dicit, ſicut nouit me pater: et ego noui pa= Ioan,10,
trem? Et rurſus, Nullus cognoſcit filium niſi pater: nec patrem ullus cognoſcit Math,11,
niſi filius/& cui uoluerit filius reuelare, Qui ergo nō modo patrem cognoſcit/
uerum etiam aliis reuelare poteſt: quomodo ipſe patrem non uidet? Aut quo
modo non cognoſcit eum: ſi ſeipſum cognoſcit? ac ideo dicat ad patrem, om= Ioan,17,
nia mea tua ſunt: & tua mea, Sicut igitur ſi non uideret patrem: diſſimilis ei ſe
cundum eſſentiam eſſet/ita quoniam uere uidet & uere cognoſcit: erit ipſi ue
re & eſſentialiter ſimilis, ¶ Concedim⁹ (inquiūt) ſimilē patri filiū eſſe, ſed ideo
quia cum patre ipſe perfecte participet/ conformatus ad eum per participatio
nem maximā quodam modo eſt, ſicut et nos quātum poſſibile hominibus eſt
diuina participantes natura: celeſtis patris imaginem(ut ſcribitur)gerimus/& 1,Cori,15,
quaſi ad diuinos characteres cōformamur, ¶ Neſcio quis diuinarum ſcriptu=

Psal,80, rarum peritus huiusmodi poterit nugas audire. nam ille quidem predicant deum recentem non esse nobis colendum. Vos autem recentem & nuper factum deum: non erubescitis filium dicere. Quod enim participatione dei reformat ad ipsum: acquisitam habet non naturalem deitatem. Quod porro acquisitũ est / prius non habebatur: sed postea contigit atq; accessit, quare amitti etiam facile potest, Omne namq; quod datur: auferri etiam potest, et quod accessit: non est incōueniens si abibit. Necesse est ergo ut uel concedant filium dei & deum atq; dominum / posse amittere: q; filius dei & deus & dominus sit, uel si hoc dicere formidabunt / concedentq; essentiam filii: nullum beatitudinis sue casũ accipere posse / necesse est ut etiam confiteantur non participatione aliqua ipsum conformari ad patrem: sed naturalem atq; essentialem similitudinem habere / tanq̃ uerbum ex ipsa substantia patris prodiens. ¶ Preterea, qui participatione sanctificantis dei sanctificati sunt: donum quidem conseruant si mandata etiam obseruant / alios autem sanctificare ipsi nequeunt, Nullus enim hominum sancti spiritus participatione sanctus: propria potestate ac uoluntate idipsum ceteris poterit donare. fons enim sanctitatis: solũmodo potest ex seipso sanctitatem quibuscũq; largiri, Videmus enim q; angeli / sancti quidem sũt participatione ac gratia: et ideo nunq̃ inueniuntur dedisse ipsi sanctitatem ho-
Nume, 11 minibus, Et beatus Moses septuaginta senioribus prepositis non dedit ipse spiritum: sed de⁹ abstulit (ut scribitur) a spiritu qui erat in Mose / et donauit illis, Sancti ergo per gratiam atq; participationem / ipsi quidem donum consecuti sunt: sed aliis pro uoluntate sua dare illud non possunt, Filius uero non sic: sed
Ioan,20, ut sanctitatis fons / ex propria potestate discipulos sanctificat dicens, Accipite spiritum sanctum, Idipsum: pater quoq; facere inuenitur, Qui ergo sua potestate equaliter atq; ipse pater sanctificat quos uult: quomodo similis patri secundum essentiam non erit?

¶ Item de similitudine patris & filii essentiali: euãgelico textu proposito, Sicut enim pater uitam habet in seipso: sic dedit & filio / uitã habere in seipso. Cap, II

Ioan,5. Ed quomodo (inquiũt) filius essentialiter erit similis patri / aut quo modo nō erit posterior ipso: qui ex ipso dãte multa recipit? Sicut enim (inquit) pater uitam habet in seipso: sic & filio dedit uitã habere in seipso. ¶ Nichil o uos prohibet / si aliquid pater dicitur dare filio & fili⁹ a patre accipere: non esse prius / patrem q̃ filium, Non enim filius prius nō existens / nichil ex patre habuit: deide ex eo aliquid accepit. sed naturaliter nat⁹ ex patre / omnia nascendo: que patri naturalia sunt / naturaliter consequitur, ¶ Queadmodũ 1
si quis lucem que prodit ex sole accipere aliquid ab eo ideo diceret: quoniã omnia que sunt in luce & ipsa lux / ex sole sunt, Neq; idcirco sol ante lucem esse uidebitur: quoniam lux que ab eo est / omnia solis naturaliter habet, Non est igitur posterior filius patre: quia pater sibi uitam dedit, Non enim prius genuit: deinde uitam dedit, Sed ut coetern⁹ patri filius est: ita et eterna uita est. ¶ Preterea, si essentia rerũ inde significari posset / q; aliquid accipere uideretur / & 2
tunc esse dicerentur solum quando accipiunt; quid prohiberet dicere tunc in-

cepisse patrem esse / quando aliquid ab hominibus incepit recipere? Et quoniã psalmista dicit / date gloriam deo / tunc incepisse pater uideretur: quando primum ab hominib⁹ gloriam recepit. Sed hec omnia: nuge sunt. filius enim eternaliter prodiēs ex patre / naturaliter omnia possidet que patri natura insunt. sicut & filii hominum uniuersa que in patribus naturaliter sunt: a patribus habent / unde ipsum etiam esse habent. cum tamen ineffabilis illa generatio generationes creaturarum in infinitum excedat, & propterea oportet semper exēpla & similitudines: prout creatorē decet / intelligere. ¶ Sed necessarium (inquiūt) esse uidetur / ut quod aliquid recipit: non habere illud antea uideatur. Si ergo pater essentialiter uita est / & filio uitam dedit: nō habebat ergo aliquādo filius uitam. quomodo ergo similis erit patri: qui ab eo recipiat quod ipse nō habeat? Psal, 67, Cauillatō aduersariorum

3 ¶ Examinate porro singula euangelii uerba / diligenterq; ponderate: quoniam magnus latet in ipsis sensus. Scribitur enim: q̄ pater uitam in seipso habet. Hoc autē in seipso: nichil aliud significat q̄ essentialiter. Sed fili⁹ quoq; dante patre (qui esse ipsum dat) uitam habet in seipso, substātialiter ergo: nō quasi additamentum / ut uos putatis, quare patri equalis & similis in omnibus est; cum non aliter uita sit q̄ ipse pater. Nam si non secūdum naturam filius uita esset: quomodo uere diceret, qui credit in me: uitam habet eternam? Et rursus, Oues mee uocem meam audiūt: & ego do ipsis uitam eternam. Et rursus. qui credit in me: non gustabit mortem ineternum. Non dixit: non dimittet pater eum gustare morte, nec q̄ habebit uitam quam dedit michi pater, sed ipse pollicetur daturum se uitam / que in eo ipso est: quia naturaliter & essentialiter ipse uita est. Impium igitur est solūmodo cogitare: quasi additamētum / sibi uitam a patre dari. Nam sicut diximus / cum ex patre prodeat: omnia naturalia patris habet, & ideo dicitur accipere ab ipso: a quo habet. Ioan. 6, Ioan. 10, Ioan. 11,

4 ¶ Ad hec, si filius dei uita naturaliter non est / sed ipsa participat / ut heretici contendunt: erit ipse substantialiter aliud q̄ illud quod ab eo participat. Quomodo igitur ait, ego sum uita, ego sum panis qui de celo descendi? si quis comederit ex hoc pane: uiuet ineternum. Nam si panis ille / secundum naturam uita non est: quomodo uiuet in eternum qui ipsum comedit? Nisi forte dicant ideo uicturos in eternum qui comedunt: quoniam panis ille uita participat. Sed si hoc uerum esset: angeli quoq; / quos uere credimus uite participēs esse / uiuificare possēt, quod falsum est. Solus enim filius uiuificare potest. Solum autem filium ita dico: ut similiter patrem & spiritum sanctum uiuificare / nemo ambigere debeat. Non ergo de foris uita filio accessit: sed ipse uita naturaliter est. Ioan. 11, Ioan. 6,

5 ¶ Accedit, q̄ quando dicitur, Sicut enim pater uitam habet in seipso: sic dedit & filio uitam habere in seipso. incommutabilis manifeste similitudo et idētitas essentialis patris & filii significatur. Sic enim habet uitam filius (inquit) in seipso: sicut & pater / naturaliter uidelicet ac essentialiter. Scribitur autem / dedit: ut naturaliter & essētialiter ex patre fili⁹ esse significaret. Non enī pater aliquid dedit filio: quasi a seipso auferens / & ipsi non habenti afferens / secundum locales ac diuisibiles corporis incisiones. Sed queadmodum planta fructui qui

est ex ipsa / naturaliter suā qualitatē dat:sic & filio pater ōnia sua dat. Omnia enim que pater est: filius similiter est / preterq̄ q̄ pater nō est filius / & filius non est pater, ¶ Sed si filius etiam (inquiunt) uita secundum naturam est: quomodo
1,Timo.6 uere de patre Paulus dicit, qui solus habet immortalitatē? Nā si filius quoq; habet: non solus pater habet, Sin uero solus pater habet: non habebit profecto etiam filius. ¶ Multa patri soli dicuntur inesse: nec tamen filius illis naturaliter
Ioan,17, priuatur, Enimuero solus uerus deus scribitur, an igitur ideo filius non erit uerus deus? & quomodo sicut naturaliter de9 / & a nobis & ab angelis adoratur?
Deu,6, presertim cum aperte diuina lex clamet. Dominum deum tuum adorabis: & illi
Psal,80, soli seruies, Quomodo autem seruabimus illud: non erit deus recens in te? Nam si quia pater solus secundum naturam deus dicitur / ideo filius natura deus non erit: recens erit certe & posterior q̄ pater, Hec quoniā absurda sunt: nō erit filius mortis particeps / quia solus pater dicitur immortalitatē habere, sed immortalitas patris: naturaliter in filio etiam erit. Non est enim illis filius nud9
1,Timo.1 que inesse patri dicūtur, An forte quoniā apud eundem Paulum scribitur, incorruptibili / inuisibili / soli sapienti deo: corruptibilis & uisibilis / nec sapiens filius secundum uos erit? magne impietatis reus est: qui sic intelligit, Quomodo erit corruptibilis: largitor incorruptionis? aut quomō natura deus uidebitur?
1,Cori,1, Aut quomodo sapiens is non erit: de quo scribitur / quia dei uirtus & sapientia est? mirum certe est: quomodo sapiētiam dei insipientem esse / dicere audetis, Quare si etiam solum patrem aliquid habere dixeris naturaliter: non priuabitur tamē fili9 eadem re naturaliter, Solus enim ea pater habere dicitur: inq̄tum a nullo habet, sed omnia que sibi naturaliter insunt: filius suus ex eo prodiens / consequitur naturaliter, Non enim mentitur ueritas: de se dicens. Omnia
Ioan.16, que habet pater: mea sunt. Et rursus ad patrem, omnia mea: tua sunt, ¶ Prete 6
Ioan.17, rea, si character incōmutabilis paterne substantie filius est: quomodo ipse non erit naturaliter uita: cum pater id habeat? Esset enim magis deprauatus & falsus character q̄ uerus. ¶ Ad hec, si quis uidet filiū / uidet & patrē, cum ergo pa 7
ter essentialiter uita sit / erit etiam filius essentialiter uita, Nam si non essentialiter / sed participatione uite uita erit: quoniam qui uidet filium uidet patrē / erit pater quoq; uite participatiōe uita, quod impium dictu est, ¶ Accedit, q̄ que 8
diuersa necessario sunt: eandem habere operationem non possunt. Operatio enim naturalis: necessario diuersa est in diuersis naturis, Nemo eni aque atq; igni eādem attribuet operationem, Si ergo pater uita est naturaliter / filius uero non sit: ut hereticis placet / quomodo eadem est operatio patris & filii? Ipsa certe ueritas ait, Sicut pater uiuificat quos uult: ita & filius quos uult uiuificat,
Ioan.5, Non enim aliter (inquit) pater / q̄ filius uiuificat: sed sicut pater ita & filius / eandem semper sibi & patri operationem attribuens. non ergo dissimilis genitori filius est / sed sicut pater naturaliter uita est: ita & filius, ¶ Preterea, si uere di 9
xisse Ioannem arbitrantur: omnia confitebūtur patrem per filium operari. Est autem una etiam operatio patris: ut quos uelit uiuificet. quare ipsos per filium uiuificabit. Erit ergo filius quoq; uita secundum naturā, aliter non poterit per

10 ipsum quicq̃ uiuificari. ❡ Ad hec, si dei & hominum mediator filius est/ quia extrema in se uno copulauit:necesse est ut queadmodum hominem uere assũpsit/uereq; homo est:ita uerus quoq; ac secundum naturam deus sit, Et quoniam uerus deus essentialiter uita est:erit ipse quoq; (sicut & pater) essentiali-
11 ter uita, ❡ Adde, q̃ diuine scripture /ueritatem filium appellãt, Quomodo ergo ueritas erit:si falso dicit, ego sum ueritas & uita? Non est enim ille uita: qui essentialiter uita non est. Verum quoniam mentiri ueritas non potest (impium enim id dictu est) substantialiter filius / non participatione uita erit, Quomodo enim non erit uita essentialiter:cuius cognitio sic cognoscentes ipsum uiuificat/queadmodum & cognitio patris? Hec (inquit) est uita eterna:ut cognoscant te solum uerum deum / & quem misisti Ihesum Christum, ❡ Sed multi quoniam humano more ducuntur (nec enim aliter dici possunt: & res ipse/ineffabiles per se sunt) recte intelligere/uerba sequentes nolunt:& ita in magnã impietatem incidunt. Si enim pater uitam habet in seipso:erit (dicet quispiam) aliud ipse qui habet/aliud uita que habetur. Quomodo igitur simplex secundum essentiam deus est? ❡ Id absurdum fugiemus/ credentes filium esse uitã quam pater habet:& patrem esse uitam quam filius habet, Non enim mentit̃ ueritas dicens, Ego in patre:& pater in me est, Et rursus, ego sum ueritas & uita. Ipse igitur est uita:quã pater habet in seipso, Cũq; pater ipse uita sit: dedit seipsum filio/non ut corpus corpori / neq; ut propriam hypostasin filio concesserit:ita ut filius pater sit, Hec enim absurda & impia sunt, est enim pater/semper pater:& filius/semper filius. Sed per identitatem nature:generans & uer-
12 bum genitum / ineffabiliter unum sunt. ❡ Accedit, q̃ dicere quoq; possum9/ omnia que patri naturaliter ac essentialiter insunt: filium ipsum esse, Solus pater/uerus est deus:quoniam solus habet filium/qui ueritas est, Solus pater/sapiens & potens est:quoniã Christ9 dei filius/uirtus & dei sapientia est. Solus pater inaccessibilem lucem habitat: quia filius est lux uera que illuminat omnem hominem, Solus uita est pater:quoniam habet filium uere dicentem/ego sum uita, Quando igitur dicitur/q̃ pater habet uitam in seipso:filium in seipso habere significatur, Est autem etiam ipse in filio: & uita secũdum naturam. ideo
13 et filius uitam habet in seipso. ❡ Postremo, quia uita secũdũ naturã filius est: accipere uitam a patre dicitur/ non inquantum uerbum aut imago patris (sic enim ipse quoq; naturaliter uita est) sed inquantum homo factus est, Ita enim pater & tota trinitas:uitam filio ut homini prestat, Hic sensus a sequentib9 cõfirmatur: in quibus causa dãdi exponitur. potestatem enim (inquit) dedit ei iudicium facere:quia filius hominis est. Si ergo quia fili9 hominis est/ & inquãtum homo / iudicãdi potestatem accepisse dicitur:eodem modo dicem9/quia homo factus est & homines a deo cuncta accipiunt:ideo & ipse ut homo/uitã a deitate accepisse dicitur /que nulla re participat: et ceteris omnia que habẽt et ipsum esse largitur.

Ioan. 14, Ioan. 17, Ioan. 14. 1, Timo. 6 Ioan, 1, Ioan, 5,

❡ Thesauri Cyrilli libri quarti/finis,

❡ Eiusdem liber quintus,

¶ Aduersus Arrianos: qui proposito prouerbiorum textu, Dominus creauit me principium uiarum suarum in opera sua, simpliciores seducebant: dicentes q; filius creatura esset, Cap,I.

Prouer,8 Vi furorem Arrii susceperunt atq; amplificarunt: quia in prouerbiis scribitur. dominus creauit me, suam impietatem authoritate confirmatam credentes / creaturam esse filium predicant: nec tamen ut unam creaturarũ, genitũ esse dicunt: nec tamẽ ut unum genitorũ,

1 ¶ Sed si filius creatura est: quomodo non erit sicut una creaturarũ? Nam aut cum creaturis non cõnumerabitur: & ita non erit creatura. aut si cum creaturis cõnumeratur: quomodo nõ erit sicut una creaturarum? Sed putatis fortasse precipuum quẽdam honorem filio facere: creaturam ipsum dicentes / sed nõ sicut unam creaturarum, Id autem: honorare filium nõ est, Nam si creatus esset sicut cetere creature: nichil quantum ad creatum esse ab illis differret / etiã si nature diuerse sit, Potest enim profecto similiter de creaturis omnibus dici: quarum altera alteram naturaliter excedit, Nam de specieb⁹ singulis recte dixeris: creatura est / sed non sicut una creaturarum, Vt uerbi gratia / sol creatura est: sed non sicut una creaturarum, nulla enim alia preter solem creatura: huiusmodi est, Homo quoq; creatura: sed non sicut una creaturarũ, nulla enĩ alia species preter hominem: homo est, Quelibet igitur creaturarum species / creatura est: sed non sicut una creaturarũ, Illud enim solum omnib⁹ creaturis cõmune est / q; a nichilo producte sunt: figura uero & natura / singule species inter se differunt. Quid igitur precipuum in filio erit: si creatura est / sed non ut una creaturarum? Commune namq; (ut diximus) omnibus creaturis est: factum esse ex nichilo, nec excellentiores creature ut celi & uirtutes celorũ / quia naturaliter ceteris prestãt: minus q̃ cetera / creature sũt,

2 ¶ Preterea, si creatura (ut uos dicitis) filius esset: & tamẽ haberet ut posset creare / quia non ut una ceterarum creaturarum est: cur cetere quoq; creature (quarum quia diuersa uariaq; natura est: quelibet species non est una ceterarum) creandi uirtutem non habent? Atqui oporteret / quoniam uniuersis cõmune equaliter est: a nichilo esse productas, Et tamen in nulla creaturarum: creandi uirtutem inspicimus, omnia enim creatorẽ adorant: & gloriam eius extollunt. Celi (ait) enar-

Psal.18. rant gloriam dei: et firmamentum enunciat opera manuum suarum, et ut Es-

3, Esdre. 4 dras scribit, Omnis terra ueritatẽ uocat / & celum ipsam adorat: & omnes creature ipsam tremiscunt. Filius uero de seipso ait. Ego sum ueritas, Non ergo est

Ioan,14, creatura filius. Neq; ideo creare potest: quia non est ut una creaturarum. sed quia ex patris substantia prodit / et omnia naturaliter habet: que in patre naturaliter sunt,

3 ¶ Ad hec, si creatura esset & tamen adoratur: cur cetere quoq; creature a se inuicem nõ adorantur / sed omnes creature adorant? Nam si creatura esset et tamen adoraretur: esset aliquo modo in adorantium numero ille qui adoratur / quod impossibile est, Maxima enim inter hec / differentia est,

4 ¶ Accedit, q; si creatura esset: seipsum ipse crearet (omnia enim: pater per ipsum creat) quod dictu stultissimum est, Sequeretur enim: ut aliquid esset quã-

do ipsum non esset. Non ergo creatura filius est: sed dei patris fructus / crean-
5 di uim ueluti deus uer⁹ naturaliter habẽs. ¶ Adde, q, ipse solus reuelat patrẽ:
quod cetere creature facere nequeunt, Solus patrẽ nouit: quod de ceteris crea
turis non dicitur, Nullus enim (inquit) patrem nouit nisi filius: et cui filius reue Math.11,
lauerit. Et deum nullus uidit unq̃: ut Ioannes ait, uidet autẽ solus filius, Scri- Ioan,1.
ptum est enim: a nullo uideri patrẽ / nisi ab eo qui est ex patre, Si ergo solus fi- Ioan,6,
lius (omnib⁹ exceptis creaturis: et uidet et cognoscit patrẽ / et reuelat cui uult:
quomodo ipse creatura est / qui scribitur uerbũ patris ꝓpriũ esse? Cognoscit
igitur patrem et uidet eum: quia ex eo est / et in eo est, et reuelat eũ: quia in se-
ipso eũ demõstrat. quod creature facere nequeunt. Nõ eni potest perfecta na
turalisq; creatoris similitudo: esse in creaturis, nec in iis que ex nihilo ꝓducta
sunt: qui etern⁹ est / perfecte unq̃ inspici poterit, Inspicitur autẽ pfecte in filio,
imago eni eius incõmutabilis est. Quare cũ pater nõ sit creatura: nec fili⁹ crea
tura erit / in quo ut in uera naturaliq; imagine atq; charactere: pater ipse inspi
citur, Et ideo ipse quidẽ adorat᷑ a creaturis. creatura uero nulla se patit᷑ apd
scripturã adorari: nisi que seipsam ignorat, Beatus enim Petrus cũ uidisset ad
adorãdũ se Corneliũ parari: noli facere inquit, nã ego quoq; homo sum. Simi- Actu.10,
liter angelus in Apocalypsi ad Ioannẽ dixit, Caue ne facias, cõseruus enim tu⁹ Apo,19.
sum: & fratrũ tuoꝝ ꝓphetarũ / et custodientiũ uerba libri hui⁹, Manue quoq;
angelus prohibuit sacrificiũ sibi offerre dicẽs, Si sacrificabis hedũ: dño ipsum Iudi,13.
sacrificabis. Et de creaturis quidẽ ita scribit᷑, De filio aũt longe aliter, Adorẽt ps,96,
ipsum (inquit) oẽs angeli ei⁹, Et apud Esaiã, In te adorabũt: et in te uota faciẽt, Esaie,45,
Tu eni deus es: et nesciuimus / deus saluator ipsius Israel, Que uox gẽtibus ac-
cõmodari potest: posteaq̃ deũ cognouerunt, Si ergo quia filiũ cognouerũt / &
filium adorant / deum cognouerunt et deum adorãt: non est certe creatura fi
lius. Aliter non deo uero: sed creature adhuc gentes seruirẽt, Christus etiã ad
discipulos ait, Vos me uocatis domin⁹ et magister: et bene dicitis, sum etenim, Ioan.13.
Et quando Thomas ad ipsum clamauit, dominus meus & deus meus: non re- Ioan,20,
pulit eum / sicut angeli sanctos adorantes repellebãt, Sed si creatura esset: nõ
fuisset passus audire, tu es deus meus, Sed quoniã deus secũdũ naturã est / &
naturaliter patris fili⁹: nõ suscipit solũ / sed etiã exigit cõfessionẽ huiusmodi,

¶ Aduersus causam: propter quam heretici putant creaturam esse fi-
lium dei, Cap, II,

c Vm uoluissent (inquiunt) deus creaturas e nihilo euocare / quoniam nõ
potuissent merã illius uirtutẽ sufferre: filiũ primo creauit (quem et uer
bũ appellauit) talẽ / ut uirtutẽ suã ei totã infuderit: ut per ipsum qua-
si per medium cetera fierent. Erat enim alioquin etiam indecens: ineffabilem
dei uirtutem ad hec minima peruenire / et caducarum rerum curam habere.
¶ Verũ si capi non poterat dei uirtus a natura creaturarum: quomodo crea-
tus a nihilo filius / capax eiusdem secundum uos est? Et quomodo meram pa-
tris uirtutem: cum creatura sit / ut uos dicitis / sustinuit? Necesse enim est / ut
uel si filius hoc potuit / quamuis sit creatura: uniuersa id possit creatura. uel si

alia id nō possunt quoniam creata sunt: nec ipse posse / quoniam creatus secū=
dum uos sit, Q̄ si putatis indecens / ad minima quoq; dei prouidentiā descen
Math. 10. dere: erubescatis aliquātulum queso / audientes Christum, Nonne duo passe=
res ueneunt asse: et unus ipsorū nō cadet in terrā / absq; patre uestro qui in ce
Math. 6. lis est, Et rursus, respicite uolatilia celi q, non semināt neq; metūt: et pater ue=
ster celestis nutrit ipsa, Et rursus. si autem fenū agri quod hodie est et cras in
clibanum mittitur / deus sic uestit: quāto magis uos? Quid autē feno et passeri
bus / quibus ex bonitate sua ꝓuidet: deiectius excogitari potest? Aut quomō
nō erit creator omniū: de quibus prouidere dignatur? Superbie certe uicium
deo inurere conamini: cū dicatis non esse decens / ut minimarum rerum crea=
tor sit, Ipse autē omnium creator est etiam minimorū: et omnibus prouidet /
et omnibus se propter misericordiā suam participabilem prebet, ℂ Preterea.
si quia uirtutem patris ferre creature non possent / creatus est filius secūdum
uos: quoniā et ipse totius uirtutis paterne ut creatura / capax non erit / necesse
est ut aliud medium fingatis: quod totā operationē paternā potuerit capere.
Deinde aliud atq; aliud: quod ad infinitum simul atq; impossibile exit / et totā
creationem rerum euertit,

ℂ Aduersus obiecta hereticorū: quibus docere conātur / quoniā filius quāuis
creatura sit: creator tamen est / quod creaturarū propriū nō est, Cap. III,

Reatura (inquiunt) filius: et tamē creat, quia id a deo quasi a magistro
c atq; artifice didicit: ut esset minister ad opera sua, ℂ Si quod nō natu= 1
ra insitū est / sed modo quopiam per accidēs acquisitū / id amitti quoq;
aliquando potest: poterit profecto secundū uos filius creādi uirtutē amittere /
et sic dignitate ipsa qua creator est destituetur / si dediscet quod didicit. Nam
qui quod nesciebat / per doctrinam assecutus est: is profecto poterit obliuione
quo ꝗ dediscere. ℂ Pretetea, nō est officiū artis: ex nihilo creaturas produce= 2
re / sed ineffabilis atq; creatiue uirtutis. artis enī est: ea que sunt / quasi per sub=
iectam materiā solūmodo immutare, Creandi autē uirtus: ipsam rerū substā=
tiā a nihilo ad esse producit, Si ergo arte atq; doctrina filius creator factus sit:
quid dicent si eadem quispiam patri accōmodet? Nihil certe aliud ipsis relin=
quitur: nisi q, pater quidem natura / filius uero doctrina creator est, Sequetur
igitur / q, possibile sit naturaliter uirtutem dei qua creat discere: et fieri per do
ctrinam / quod ille scd̄m naturā est. Nihil ergo inter filiū & creaturas aliud in=
tererit: nisi doctrina quedā superflua, et ita non nature prestantia: sed doctri
na solū nos filius superabit, Quā si habuerimus: omnes erimus creatores, Hec
quoniā stultissima sunt: relinquitur non doctrinā sed naturalem creandi uir=
tutem esse in filio, ℂ Ad hec, aliud est sapientia / et aliud sapiens, Sapiētia enī 3
est: qua quis sapiens fit, Sapiens autem: qui sapientiam habet, Quomodo igi=
tur sapiens per doctrinam filius fiebat: qui sapientia ipsa est? Si enim doctri=
na indigebat: non erat ipsa sapientia, et si sapientiam didicit: dedisceт quoq;
per obliuionem, Sed non didicit: qui semper sapientia est / ut scripture predi=
cant, ℂ Accedit, q, inuidie uicium inurunt patri: ita dicentes. Siquidem po= 4

terat creandi artem multos docere:et nõ fecit. Quid enĩ prohibebat/si doctri=
na creatio dar:multos esse creatores/sicut multos angelos/atq; archangelos?
Nũc autẽ fili⁹ sol⁹/creaturis oĩbus exceptis:una cũ p̃re in spiritu sancto creat.
Nõ igitur per doctrinã:sed p̄ naturalẽ uirtutẽ creat, Nec pater ipsum docuit:
5 sed ex seipso consubstantialẽ sibi genuit filiũ/per quẽ oĩa creat. ¶ Adde,q, si
filiũ pater ad creãdũ produxerit/ut uos predicatis: creato filio ipse cessasset.
Quomodo igitur saluator dicit/pater meus usq; nũc operatur:et ego operor? Ioan,5,
Q; si pater etiã nũc operat :frustra scd̃m uos creatus erit filius, Hec absurdis
sima dictu sunt, Non ergo ad p̄ducendas creaturas:factus est fili⁹, sed ex p̃re
natus:cũcta cum patre sicuti filius operatur / natura deus et natura creator,
6 ¶ Preterea, si nutu et sola uolũtate omnia de⁹ operatur:quid opus est medio?
nõne superuacane⁹ filius uidebit? Q; si hoc impium uel solũmodo cogitare
inuenitur:ipse filius subsistens et uiua patris uolũtas est/p quã a nihilo oĩa pro
7 duxit, ¶ Sed hec que sequũtur: multo inconueniẽtiora sunt atq; absurdiora,
Nam si ut nos ceterasq; creaturas per filium deus produceret/ipsum(ut here
tici dicũt)a nihilo produxit:erit ipse propter nos factus/nõ nos propter illum,
et ita nos: prestantior ipso erimus creatura, Ipse uero : instrumẽtũ ad creãdas
ceteras creaturas, Cur ergo gratiam etiã nobis non aget:qui propter nos est?
8 ¶ Erit etiã ipse sic gloria nostra:ut femina uiri, Femina enĩ(inquit Paulus)glo 1,Cori,11,
ria uiri est, non enĩ uir creatus est propter feminam:sed femina propter uirũ,
Nã si propter nos factus est filius/et nõ propter filiũ nos:erimus nos ipso mul
to prestantiores/quod absurdissimum est, Nec ergo creatura est:nec propter
nos nat⁹ est, Sed cũ natura deus/ut etiã pater/sit:ad esse nos a nihilo cũ patre
9 et spiritu produxit. ¶ Preterea, si propter nos fili⁹ factus est/ut dicere audẽt:
primi nos erimus apud deũ, Sic enĩ deus nos primo:deĩde filium propter nos/
10 intendisse uidebitur, ¶ Adde,q, necessitate impulsus/quoniã aliter nos crea=
re non posset:filiũ produxit, quẽ scd̃m ipsos nõ produxisset:nisi creare nos uo
luisset, Quare nobis creatis/superuacane⁹ esse uidetur fili⁹:cũ ipso pater crea
11 turis productis/iã nõ idigeat, ¶ Postremo, sicut caduc⁹ atq; imbecillis homo
processisse in creãdo deus uidebitur : si ultimo nos per filiũ creauit/de quibus
primo deliberauit, et filiũ primo p̄duxit : de quo ultimo tanq̃ de instrumento
considerauit. Quare igitur illũ quidẽ/filiũ & heredẽ:uos uero/seruos et here=
ditatẽ illius appellat? cũ contra oporteret nos quidẽ heredes esse: filiũ uero si=
cut instrumẽtũ propter nos factũ/et seruũ et hereditatẽ esse nostrã, Hec ab=
surda(ne stulticie plena dicam)siquis effugere uult(oportet autẽ omnes uel=
le)eum necesse est credere:nullo modo creatum esse filium / nec propter nos
natum, Nam et si nullam creaturam deus producere uoluisset : uerbum tamẽ
suum erat semper in ipso/et deus erat uerbum/ut scribitur, Cum tamen crea Ioan,1,
re deus creaturas uoluerit:per ipsum necessario creauit, Nam quemadmodũ
sol nunq̃ sine splendore ac luce sua lucere poterit:sic nihil unq̃ operabitur pa=
ter/nisi per uerbum suum, Omnia enim per ipsum facta sunt : et sine ipso fa=
ctũ est nihil. Ideo et dextra et brachiũ dei nominatur:quia quasi per manum/

omnia deus per ipsum operatur, Scriptū est eni. dixit deus: fiat lux. dixit: fiat
Gene,1. firmamentū. dixit: fiant luminaria, et factū est ita, dixit: faciamus hominē, &
fecit deus hominē, Nec in his oibus uerba a patre ad filiū / quasi uolēte discere:
fiunt, nec enim docet pater: quales debeat facere creaturas, sed cum ipsa uo-
ce: opus fit. Si autē uerbo secūdū uolūtatē patris / ipsa opera fiunt; uerbū pro-
fecto est uiuens / subsistēsq; patris uolūtas / que in patre est: et in qua pater est,
¶ Preterea, ubi reperitur filius patrem īterrogare: quasi discere uolēs? quod
Gene.15. et angelos et prophetas factitare inuenimus. Filiū Abrahe ꝓmisit deus: & ipse
īterrogabat quo signo illud cognosceret, Mittebatur Moses ad filios Israel in
Exodi.3, Egyptum: et dicebat, Si iterrogabūt me / quod est nomē eius qui te misit: quid
zacha,1, respondebo eis? Angelus etiam apud zachariā a deo querebat dicens, Domi-
ne omnipotēs usq; quo nō misereberis Hierusalē? et expectabat: quousq; uer-
abacuc.2 ba consolatoria audiret. Et Abacuc, in custodia mea stabo inquit: et ascedam
in petram / et cōsiderabo quid loquetur in me deus. Hi enim omnes sicut serui
et creature / mediatione indigētes uerbi: rogabāt consiliū patris ab eo discere.
Filius uero cū ipse sit uerbū patris / et uolūtas subsistēs: doceri nō querit, Non
ergo per doctrinam creator esse didicit: sed naturaliter / atq; substantialiter
creator est,

¶ Quomodo intelligēdū est: dn̄s creauit me initiū uiarū suarum, Cap. IIII,

a D intelligendū autē propositū prouerbiorū textum: primo illud dicen
dum est, q; oia que prouerbialiter dicuntur / aliū uerba sensum signi-
ficare uidentur: alium ex ipsis uerbis ueritas parturit. Ideo saluator ad
Ioan,16. discipulos ait, Hec in prouerbiis locutus sum uobis / sed ueniet hora quādo nō
in prouerbiis loquar uobis: sed palam, Hinc patet: q; per prouerbia nō palam
ostēdimus quod uolumus, Sapientia igitur prouerbialiter dicit, dominus crea
puer,8. uit me, et rursum apertius, Sapientia edificauit sibiipsi domū, Si ergo sapiētia
puer,9, filius dei est / et sibi domū edificat: querendū est / quis est qui dixit: dn̄s creauit
me. Christus igitur iam homo factus: id de se dixit, ut homo eni; sapientie do-
mus edificatus est. Ille inquā homo qui ex uirgine natus est: et in quo plenitu-
Colos,2, do deitatis corporaliter scd̄m Paulū habitauit, Qui ergo uerbū caro factū est:
de ipso dicit, quia dn̄s creauit eū: inq̄tū factus est caro. Istud enim creauit me /
non originē semper apud scripturas significat: sed plerūq; a re aliqua in aliam
trāslationē. Et certe cū dicit / dn̄s creauit me initiū uiarū suarū: siquis diligen-
ter cōsideret / nō ipsum esse sapiētie significari pōt, Nā que modo fiunt uel fa-
cienda sūt: creari mō dicetur, qn̄ ergo nōdū ꝓducta / creari dicūtur: necessario
ex nihilo ad esse ꝓcedere intelligūtur, Qn̄ aūt que iā sūt nec possūt dici a ni-
hilo ad esse mō ꝓcedere / si creari ea dicūtur: non potest significari a nihilo ad
ps̄.101, esse ipoꝝ ꝓcessio / sed ad aliud ab alio trāslatio, Sicut qn̄ Dauid dicit. & ppl̄s q
ps̄.50, creabit laudabit dn̄m, Et cor mūdū crea in me deus. Et Paulus de Christo. le-
Ephe,2, gē mādatoꝝ decretis euacuās: ut duos cōdat i semetipso in uno nouo hoie / qui
creat9 i iusticia & sāctitate a deo est. Nec tn̄ ps̄ l nista populū a nihilo creādū:
sed ab errore i cognitionē dei trāsferēdū significauit, Nec aliud q̄ babebat: i se

ipso diuinitus creari petebat:sed ab immundicia ad mundiciã cor suũ trãspo=
ni orabat, Nec Paulus duos homines ad naturalẽ unitatem creari dicit a Chri
sto:ita ut essendi principium tunc caperent, Sed gẽtes et Israel duos populos
in nouã et unã sententiã mutatos affirmat:a seruitute legis istos/ab erroribus
illos liberatos. Et alibi omnibus mandat nouum induere hominem:qui secun= Ephe,4,
dum deum creatus est, Nec a nihilo ad esse productũ nouũ hominem indue=
re nobis iubet:sed nouũ uirtute/uoluntateq; meliori. Si ergo non semper crea
tio substantialem productionem a nihilo ad esse significat/sed plerumq; a pe
ioribus ad meliora translationem: quomodo nõ erit stultum quando creatu=
re creari dicuntur/recte id intelligere, et quando sapientia dei creari se dicit:
ubi maxime cauendum est/non diligenter id cõsiderare? Dominus eni crea=
uit me inquit, et statim addidit: initium uiarum suarum in opera ei9, Creauit
inquit/non ad esse a nihilo produxit: sed initium uiarum suarũ in opera eius.
Sic ergo ut latius dicamus:intelligẽdũ est, Legalis uita in Iudea colebatur:gẽ=
tes autem nullo modo iusticie uitam cognoscebant, Filius ergo dei fact9 est ho
mo/et creatus secundum carnem:ut initium uiarum domini et operum suoꝝ
omnibus daret, In Christo enim:primo euãgelica uita effulsit, Quid eni aliud
opera et uie domini significant:preter mandata eius? que custodientes: recto
itinere ad ipsum pergimus, Q; autem opera domini/precipuã iusticie uitam
significent:illud audi, Ve qui faciunt opera domini negligenter. Vias autẽ do= Hier,48,
mini/mandata eius esse:psalmista ostendit dicẽs. Notas fac mihi domine uias ps,24,
tuas:et semitas tuas doce me, Stultum igitur et impium est/ipsum esse uerbi:
creari nunc dicere/cum semper uerbum cum patre sit. Recte igitur etiam illo
modo intelligetur:creauit me(inquit)initium uiarum suarum. Mosem & pro=
phetas/uias forsan appellauit:quarum initium Christus est/transponens di=
cta illorum ad euangelice predicationis pulcherrimam nouitatem: et id cum
potestate absoluta, Lex enim:nõ fornicabis/ait. Christus autẽ:ego dico uobis
inquit/nõ cõcupisces, &cetera, Vias autem sanctos uiros appellauit:quia pos= Exodi.20
sunt monẽdo ad deum ducere, Sic et illud Hieremie recte intellexerim, State Math,5,
in uiis/et q̃rite semitas dñi sempiternas, et cum didiceritis que sit uia eius: am= Hiere,6,
bulate in ipsa/et inuenietis munditiam animarum uestrarum, Nã si quis san=
ctis ꝓphetis mente infigat/nõ cursim legẽs sed sensum ipsoꝝ diligẽter inqui=
rẽs:is certe uiã ĩueniet optimã/illũ uidelicet qui ait, Ego sum uia, per quã mun Ioan,14,
dabitur:dimissione peccatoꝝ inuẽta, Creauit igiť inquit me:hoc est fecit/sup
legẽ & ꝓphetas initiũ/hoc est potestatẽ, ut non in uerbis illoꝝ sistere faciã:sed
ad opera meliora traducã. Vel etiã aliter. Dñs inquit creauit me, ut si quis dice
ret:carnẽ mihi pater apposuit. & ut hoiem:ꝓ salute hoim creauit me. Nã quẽ=
admodũ cũ Ioãnes dicit, Et uerbũ caro factũ ẽ, Et Paul9 de Christo. Et male= Ioan.1,
dictio ꝓ nobis fact9 est, Et rurs9, peccatũ ꝓ nobis ipsum fecit, nec peccatũ no= Gala,3,
uisse/nec maledictionem aut peccatum fuisse:Christum dicimus, sed recte ꝓ 2,Cori,5,
carne/pro maledictiõe/et peccato:hominẽ intelligim9, Sic quando de seipsa/
dei sapientia dicit/dominus creauit me:hominem me fecit/intelligendũ est,

¶ Qꝫ dei uerbum creatura non sit, Cap.V,

I filius dei et uerbum dei a scriptura uocatur: quomodo etiam erit crea 1
tura? Necesse enim est si filius est: ut nõ sit creatura, Vel si creatura se
cundum uos sit: ut non sit filius, Nullus enim quod genuit / hoc est filiũ
suum / fecisse se dicit, Est autem et filius dei & uerbũ dei. Non est igitur creatu
Ioan.1. ra, ¶ Preterea, unigenit9 a scripturis appellatur, Quomodo igit̃ creari sub- 2
stantialiter in aliorum initium siue principiũ / quos prouerbia uias appellarũt:
intelligetur? Nam si cum aliis cõnumeratur: pars eorum erit / & nõ erit unige-
nitus: quem multi sequuntur similes / quorum initium et principium se creatũ
dicit, Non enim quia primo creatus est: erit unigenitus, Nam et Ruben prin-
Gene.29 cipium factus est filiorũ Iacob: nec tamen idcirco unigenitus / aut alienus a na
tura fratrum suorum. Si ergo uerbum quoqꝫ initiũ et pricipiũ creationis alio-
rum factũ est: nec alienũ erit a natura illoꝝ, Et pater mentietur: filium ipsum
Ioan.1. appellans. Mentietur etiam Ioannes dicens, In principio erat uerbũ, Quomo-
do enim erat: si creatus est? aut quomodo dominus erit: qui creaturis cõnume
ratur? ¶ Ad hec, quomodo creandi uirtutem habet: si creat9 est? aut quomõ 3
creator omniũ est: ipse creatus? Et si ipse creator est / cum creatus sit: cur cete-
re quoqꝫ creature creandi uim non habent? Non est ergo sapientia dei: crea-
tura / cũ sit unigenitus filius, ¶ Postremo, uidete queso: quot quantaqꝫ sequũ 4
tur inconuenientia, Nam si quia primo creatus est / principium etiam aliarum
creaturarum secundum uos filius est: quomodo in opera eius creatur? non enĩ
dicit: dominus creauit me ut faciam opera eius / sed in opera ei9, Creatum enĩ
se dicit in opera domini: iam pridem creata, Quomodo ergo primo creatũ di-
citis: qui post illa se creatũ dicit? Aut quomodo erit initiũ aliorum: qui postea
factus est / et quomõ uniuersa per ipsum facta sunt: si ipse post illa creatus est?
Hec nefaria dicta consequentur: si de ipsa natura uerbi textum illum intellige
tis. Pie igitur a nobis ita exponitur / ut ratione incarnationis / initium uiarũ do
cauillatio mini in opera eius creari ut homo dicatur, ¶ Sed dominum suum patrem ap
aduersa- pellat (inquiunt) quia scit se creatum esse, omnia enĩ que creata sunt: deo crea
riorum, tori seruiunt, ¶ Certe sicut dominũ: sic et patrem appellat, Et si propter illud 5
seruũ se nouit: etiam propter hoc / filiũ se cognoscit, Filius igitur non est crea-
tura: sed ab ipsa substantia patris gignitur. Filius enim secundum naturã est:
sed propter formam serui quam accepit homo propter nos factus / dominum
patrem appellat, Vtrumqꝫ igitur uere: quia mentiri ueritas non potest, quam
Math.11. distinctionem ostendit dicens, Confiteor tibi pater domine celi et terre, & ec-
ce patrem suum: dominum appellat. Dominum uero celi et omnium que in ce
lo sũt: et similiter terre, Sed si ipse quoqꝫ ut celũ & terra / a nihilo ꝓduct9 esset:
nõ ut precipuũ sibi nomẽ / filii appellationẽ seruasset: ita ut oĩa creata iugo ser
uitutis subiecerit, Nihil enim creatũ / cũ celũ & terrã noĩauit: a seruitute exce-
pit. seipsum autem excepit, nõ est igitur creatura: sed fili9, ¶ Sed ipsa iquiũt
sapiẽtia: dñm suũ patrẽ appellat, qđ non faceret: si naturaliter filius esset. ¶ Iã 6
dictũ est: & dicet̃ etiã sepi9 ꝓpter simpliciores. Serui nos scđm naturã sum9: et

tamē patrem nostrū deū appellamus / neq; idcirco filii naturaliter sum9, quid Math,6,
ergo mirū: si dñm patrem appellauerit / cum sit naturaliter filius? Nā sicut nō
natura sed gratia nos facit patrem appellare deum: qui dominus noster natu=
raliter est, sic et incarnatio filii facit: ut deceter ac uere dominum suum patrē
appellet. Hominē Ihesus assumpsit: ut nature humane ꝓpria sine peccato ue=
re sibi attribueret / et sua homini largiretur, Quod ostendit dicēs, uado ad pa Ioan,20,
trem meum et patrem uestrum: et deū meū et deum uestrū, Largitur eni hu=
mano generi dignitatem suā: ut possint homines adoptati deum patrem suū
appellare. Ipse uero humane nature seruitutem assumit: et patrem suum deū
suum ut homo appellat, Veluti ergo nos natura serui sum9: etiam si deum pa=
trem appellamus / ita et filius non amisit ut secundū naturam sit filius: quāuis
homo factus deum suum patrē appellet, Nō est ergo creatura, nec certe sim=
pliciter dixit / dominus creauit me: sed addidit / in opera et in pricipio uiarum
suarum, Causa igitur posita quare se creatū dicit: perspicuū est q, non signi=
ficat productionē a non esse ad esse: sed quasi trāslationem ab alio ad aliud.
Verbum enim in principio erat / et caro secundum Ioannē atq; homo factus:
totius beate uite principium factus est nobis, Verbum igitur semper est: et sa=
pietia / & imago / & filius dei. sed homo factus: creari seipsum ad opera patris
7 dicit, ¶ Obseruare namq; licet diligenter: nunq̄ in scripturis sacris ullam cau=
sam poni / quando generatio filii ex patre significatur, Quando autem homi
nem factum dicunt scripture / et natum ex uirgine narrāt: causam illico subiū
gunt, Sicut enim nō querimus / cur deus fili9 / aut cur ex patre natus sit: ita sci
re uolumus / qua de causa factus sit homo, Q; autē hec ita se habeāt: ipsa scri=
ptura docebit, In pricipio erat uerbū, nulla hic causa dicitur. Et uerbum erat Ioan,1.
apud deum, nulla fertur ratio, Et deus erat uerbum, nulla causa dicitur, Simi Ioan,14,
liter, ego in patre et pater in me est, Ego et pater unum sumus, Qui uidet me: Ioan,10.
uidet & patrē, Ego sum lux. Ego sum ueritas, Et apud Paulū, Qui cū sit splen Ioan,8,
dor glorie: et character substantie eius. Hec omnia cū de ipso filio dei dicātur Hebre,1,
et de natura eius: non habent causam. Cū uero de incarnatione scribitur: cau
sas connecti uidemus, Descendi (saluator ait) de celo: non ut uoluntatem meā Ioan.6,
faciam / sed uoluntatem patris qui misit me, Et rursus. Ego lux in hunc mūdū Ioan,12,
ueni: ut oīs qui credit in me / nō maneat in tenebris. Et alibi, ego in hoc nat9 sū Ioan,18.
et ad hoc ueni in hunc mundum: ut testimonium perhibeam ueritati, Et Pau=
lus, Quoniam igitur pueri sanguinē et carnē cōmunicāt: & ipse similiter eisdē Hebre.2.
participauit, Et rursus. Nā qm per hoiem mors: etiā p hoiem resurrectio mor= 1.Cori.15.
tuoꝝ. Et rursus. Nā qđ impossibile erat legi in quo īfirmabaꝛ p carnē: de9 filiū Roma.8.
suū mittēs ī similitudinē carnis peccati / & de peccato dānauit peccatū ī carne:
ut iustificatio legis impleref in nobis / qui nō scđm carnē ambulam9 sed scđm
spiritū, Et alibi, Non enim misit deus filiū suū in hūc mūdū ut iudicet mūdū: Ioan,3.
sed ut mūdus saluetur per ipsum, Et saluator de se ipso. In iudiciū ego in hūc Ioan,9,
mundum ueni: ut qui nō uidēt uideāt / & q uident ceci fiāt. Q̄m igitur homo
factus fuit ut hec opera faceret / et initium fieret harum uiarum: iure dixit de

puer,8, ſeipſo,dn̄s creauit me/initium uiarum ſuarꝫ in opera ſua . Nā etſi ipſe increa=
tus eternuſqꝫ eſt:propter cauſas tamen dictas / aſſumptus creatuſqꝫ homo in
ipſo eſt,¶ Preterea,Paul⁹ de ſaluatore dicit,Ipſe enim eſt pax noſtra/mediū 8
Ephe,2. parietem macerie ſoluens in carne ſua:legem mandatorꝫ in decretis euacuās/
ut duos condat in ſeipſo in uno nouo homine,hoc eſt / in euangelicam uitam
tranſferat.Nos enim ſumus:qui creamur in ipſo.Quare qm̄ hominem aſſum
pſit/et quoniam in ipſo primo initia uite habuimus euangelice/ad meliora re=
creati/ ut ita dicam : non irrationabiliter cū pro nobis in unum creetur homi=
nem/nunc etiam poteſt dicere,Dominus creauit me,¶ Ad hec,ſcriptum eſt 9
Eſaie.53, de ſaluatore noſtro,quia ipſe infirmitates noſtras accepit , Et rurſū , fact⁹ eſt
Gala.3, pro nobis maledictio,Et rurſus,eum qui peccatum nō nouit:pro nobis pecca=
2.Cori.5, tum fecit,Quemadmodū ergo infirmitates habuiſſe dicitur/qui nunq̄ infir=
1,Cori,1, mus fuit:ipſe enim uirtus dei eſt,Infirmatus tamen dicitur : quia infirmitates
noſtras portauit,Maledictionē autem factum ait ſcriptura:non quia in male=
dictionem mutatus ſit/ſed quia maledictionem noſtram perpeſſus eſt,Pecca
tum etiam factus dicitur:non quia mutatus a natura ſua ſit/ſed quia peccata
1,Petri.2. noſtra tulit/corpore in ligno affixus , Ita quādo nos in unum hominem nouū
in ipſo creamur: ipſe quoqꝫ creari dicitur , Idcirco dicit,dominus creauit me,
Nam ſi uerbum ipſum dei/create ſubſtātie(quod uos uultis)eſſet:et de ſeipſo
diceret/dominus creauit me:non eſſet poſtea homo factus/qui multo ante no
ſtram creationem creatura eſſet, Qꝫ ſi ita eſſet:nec nos creati denuo eſſemus
in ipſo/nec ipſe in ſeipſo nos haberet, Quomodo igitur denuo in nouum ho=
2,Cori,5, minem creati ſumus? Nec erubeſcere facit uos Paulus dicēs.Ipſius enim crea
tura ſumus:creati in Chriſto Iheſu.Si autem in Chriſto creati ſumus:non erit
create ſubſtantie uerbū dei ,ſed quādo homo factus eſt:tunc in ipſo creati ſu=
mus,et ita modo quodam/ noſtri loco ipſe dicit,Domin⁹ creauit me, Nā hec
uox nullo modo ſibi prout uerbum eſt:congruit,Sed factus creatura propter
ſalutem noſtrā/qui creator eſt:ut nos in ſeipſo denuo crearet/dixit.dominus
creauit me,Et ſicut eternitatem eius(ſemper enim cū patre eſt)narrans dicit
puer,8, Ego erā quando gaudebat:et quotidie letabar in facie ipſius,et rurſum. Ante
omnes colles genuit me,ſic quando pro ſalute omnium formā ſerui accepit:
merito ut homo dicit/dominus creauit me.Neceſſe eni eſt ut ſic de ipſo quoqꝫ
ut homine/congruentia homini dicātur,Ideo ſcribitur:dominus creauit me,
¶ Poſtremo,ſi quia dicit/domin⁹ creauit me/ creatus eſt:ſimiliter quia dicit/ 10
ante omnes colles genuit me:creatus non eſt,Aliud enī eſt genitū:aliud crea=
tura,Genitum enim:ex ſubſtantia generantis naturaliter exit,Creatum ue=
ro:ad extra producitur,Qm̄ igitur & de⁹ & homo eſt:ut homo quidē/domi=
nus creauit me / dicit,ut deus autē:exclamat , Ante omnes colles genuit me,

¶ Qꝫ ſcriptura uerbis abutitur nonnunq̄, Cap,VI.

Ed genuit uerbū(inquiūt)nō demōſtrat oino ex ſubſtātia pr̄is natū eē
s filiū,Indifferēter enī uerbis ſcriptura utiť,Nā etiā de creaturis:de qui=
Eſaie,1, bus nulla dubitatio eſt/hoc ipſū uerbū dici reperies,filios inquit genui

et exaltaui, Et rursus, Deũ qui te genuit dereliquisti, & qs est q genuit glebas Iob,38,
roris? Nec roris certe patrem naturaliter: deũ dicemus. Quare in unum/genu
it & creauit uerba: sensum reducuntur. ¶ Indifferenter utiq; uerbis nonnunq
uti scripturam: hoc est abuti/non negauerim, Nec tamen potestatẽ ipsam sin
gulorum ignorare concesserim, Nam quando creaturas que producte diuini
tus a nichilo sunt/ostendere uult: in principio inquit fecit deus celum & terrã,
Et fecit deus hominem: non genuit, uerbi autem sui generationem ipse pater Gene,1,
ostendens. eructauit (inquit) cor meum uerbum bonum. Et creaturas in prin Psal.44,
cipio temporis factas scriptura ostẽdens: in principio inquit fecit. De uerbo au Gene,1.
tem ait, In principio erat uerbum, quia non in principio temporis: sed in princi Ioan,1,
pio/id est in patre/eternaliter erat, Sicut igitur de uere creaturis: non naturali
ter sed abusiue uerbum genuit/dicitur. sic quando de filio creatio dicitur: abu
siue intelligenda est/ut naturalis eius proprietas conseruetur, creaturis enim
gratia dei largitur: ut generatio de ipsis predicetur. Eterno autem consubstan
tialiq; patris uerbo: incarnatio creationem attribuit. Et creature quidem ratio
nales/uerbo atq; uolũtate dei ad adoptionem uocãtur, Ego enim dixi dii estis/
inquit: & filii excelsi omnes. filius autem ineffabilem naturalemq; suam gene Psal.81
rationem ex patre significans: dicebat, Ego ex patre exiui & ueni, Et rursus, Ioan,16.
ut aliud esse creaturam/aliud se/naturaliter ostẽderet: uos inquit de deorsum Ioan.8,
estis/ego de superi9 sum, Non enim mentis compos quispiam dixerit: localib9
spaciis dei filium gloriari. sed humilitatem creaturarum naturalem ostẽdens:
inferiores eas appellat, Celsitudinem uero deitatis sue significans: desuper se
esse dicit. Quantum igitur intersit inter genitum et creatum: recte primo te
neatur. Deinde nõnunq quando nullum inde sequitur fidei detrimentum: in
differenter uerba capiantur,

¶ De eodem prouerbiorum textu, dominus creauit me initium uiarum sua
rum, & ante omnes colles genuit me, Cap,VII,

I ante omnes creaturas (id enim colles significant) genitus est: non erit
unus ex omnib9/sed aliud preter omnia, Cetere enim in ipso ut in pri
cipio sunt: & omnia ut creature cõnumerantur. Filii autem generatio:
ante omnia est. quapropter necesse est: ut create nature non sit, Natus igitur
ex patre ut uerbum est: creatus uero ut homo/& factus initium uiarum, Sicut
igitur nos quãuis naturaliter creature sumus/tamen cum filium dei susceperi
mus: filii dei per eum appellamur, sic etiam ipse assumpta natura nostra/quã
uis naturaliter filius sit: creatura tamẽ appellatur. Et sicut deus quãuis creator
noster sit: pater tamen etiam per gratiam sit, sic & uerbum dei quamuis deus
naturaliter sit: creatura tamen etiam propter nos factus est, Si ergo non secun
dum naturam/sed adoptione ac gratia nos filii sumus: erit etiam ipse necessa
rio non secundum naturam suam creatura/sed dispensatione ac misericordia
propter nos: naturali dignitate nullo modo imminuta, Sed latius idipsum ite
rum exponamus, Ade primo homini uia salutis data diuinitus est: quam pre
uaricatione diuini mandati perdidit, Ita cecidit in corruptionẽ; & in mortem

deductus est, Erat igitur opus alterius uie: per quam / immortalitatē possemus recuperare, Hanc quia nullus hominum poterat dare: ipse dei filius increatus secundum naturam / necessario ut homo creatur propter nos / bona uoluntate
Hebre,10 patris homine assumpto, ut (quēadmodū dicit Paulus) uiam nobis innouaret recentē simul atq; permanentem: et opera patris ita perficeret / corpore nostro ad immortalitatem reformato / & morte que per peccatum irrupit destructa: et ipso peccato dānato / ceterisq; bonis generi humano per ipsum donatis, Si ergo factus homo / uia nobis bonorum factus est / & opera perfecit ea que a pa tre per ipsum fiunt: merito dicit, dominus creauit me / initium uiarum suarum
Prouer,8 in opera sua, Eternam autem generationem suam significans: rursus ait, Ante omnes colles genuit me: & ante secula fundauit me. Si ergo & genitus & cre atus est: accommodandū est utrumq; decenter. generatur autem: ut uerbum
Ioan,1. ex patre / ante omnia secula, creatur uero: ut homo, Verbum enim caro factū
Psal,73, est. Psalmista enim de uerbo ipso canit. qui est ante secula. Si ergo filius ante se cula est / creatur autem in opera patris: necesse est post producta opera & crea turas patris / ipsum qui fuit ante secula creari, In extremis certe tēporibus: fa ctus est homo. Quare non deitatē eius / creatio significat: sed humanitatem, quando ad reparationem operum patris / hoc est hominum: caro factus est, ac ideo dicit, domin⁹ creauit me in opera sua: & initium uiarum suarum. Quarū
Luce, 6. porro uiarum? uirtutum profecto / ac euangelice uite: quam primus ille iussit
Math.5. et nos docuit, Estote inquit misericordes, Et lex iubet: non mechaberis. Ego ue
Ioan,10, ro dico uobis: non concupisces, Ceteraq; huiusmodi: que primus ipse fecit / et
Ioan,14. nobis exemplum tradidit / ut faciamus. Ideo ait, Ego sum ianua: ego sum uia,
Prouer.8 Talium ergo ille operum factus nobis initium: merito ut homo dicit, dominus creauit me pricipium uiarum suarum: in opera sua. Quod resurrectioni etiam mortuorū accōmodabis: & mutationi carnis a corruptione ad incorruptionē / et ascensui in celos, Nam horum etiam omnium factus initium est: creatus ut homo, Et sicut mortu⁹ pro nobis ut homo: ipse dei filius id etiam perpessus di citur / q̄uis immortalis secundum naturam sit, ita creatus ut homo / creari seipsū dicit: q̄uis increat⁹ natura sit, Nam cū homo assūpt⁹ a filio dei sit: hoc est nō alius sit / nec aliam habeat hypostasin aut personā a filio dei: non irrationabili ter que hominis sunt sibi attribuit, ¶ Adde, q; pulcherrima sensibilium crea turarum homo est, Is preuaricatiōe perfectionem perdidit suam: & ex immor talitate ad mortem incidit, Quoniam igitur imperfectū semper esse opus dei non decuit / nec potuit aliter reparari q̄ incarnatione uerbi: necessario dei filius homo factus est. Ideo in opera domini creari se dicit: ut ipsa in debitā sibi perfe
Ioan,17. ctionem restituat. ideo ipse ad patrem ait, Ego te glorificaui in terra / opus pfe
Ioan,8, ci: quod dedisti michi ut faciam. Et rursus. opera que dedit michi pater ut ipsa perficiam: testimonium perhibent de me, Si ergo factus homo domini opera perfecit / atq; hominē in se creatum assumpsit: perspicuum est non ipsam natu ram uerbi significari / sed hominem assūptum: cum dicitur. dominus creauit me. Opus enim patris / homo factus absoluit; quia naturā hominis reparauit,

Et adduxit patri ecclesiam sine ruga & macula mundam & sanctam. Ita facti sumus in ipso noua creatura: per obedientiam Christi a morte ad uitam restituti, Merito igitur factus homo dicit, Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua, Nam si creatura esset filius (ut heretici dicunt) quomodo ei nos uniti: deo unimur & dii efficimur? Quomodo autem mediator dei & hominũ erit Christ9: nisi deus uere & homo uere sit? Nam si creatura esset filius: nullo modo deo naturaliter uniretur, nec enim naturaliter uniri possunt: que diuersa naturaliter sunt, Quomodo autem per creaturam saluati sumus? cũ scriptura clamet, quia nõ legatus / non angelus: sed ipse dominus saluos nos fecit, Quomodo etiam a morte liberamur per ipsum? cum id opus super creaturam sit / nec possit creatura datam a deo sententiam: cinis es & in cinerem reuerteris / reuocare, Quomodo etiam peccatũ destruxit: si creatura est? Hec igitur omnia non ut creatura / sed ut filius & uere deus: efficere potuit, ¶ Ad hec, si per imitationem naturalis filii dei / nos etiam filii dei per gratiam appellamur: necesse est ut qui natura filius est / essentialiter aliud sit ab iis qui per gratiam filii sunt, Sed qui per gratiam filii sunt: creature sunt, non est ergo creatura / qui natura filius est, Nam si esset creatura secundum hereticos / & non natura filius: quoniam scribitur, omnia in sapientia fecisti, & ipse deus ait, man9 mea omnia fecit, non poterunt certe dicere: in qua sapientia & per quam manum / filium suum deus creauerit, Nam ipse: & sapientia / & manus / & brachium patris est, Omnia enim per ipsum facta sũt: & sine ipso factũ est nihil, Non est ergo creatura dei filius. nec enim inuenitur sapientia & manus dei per quã factus sit: cum ipse sit sapientia & manus dei / per quã deus omnia fecit. ¶ Quod autem ipse / creator non creatura est: patet diligenter obseruanti scripturas, Tres enim illi adolescentes apud Babylonios / omnem generatim creatam naturam ad benedicẽdum deum uocantes: nunq̃ dixerunt, benedicat uerbum / aut sapientia / aut manus dei dominum, nec enim ignorabãt: dominum ipsum esse / non creaturam. Diuinus etiam beatusq; psalmista cum ad laudandum deum: angelos / potestates celorum / celos & lunam / & solem / ceterasq; creaturas ut seruas uocasset: non cõnumerauit cum laudantibus / filium, sed contra: adorabilem ipsum esse clamat, Et adorent (inquit) ipsum omnes angeli dei. Si ergo creatura omnis adorat / filius uero adoratur: quomodo erit creatura? uel quomodo non erit uerus filius dei: qui cum patre simul adoratur? ¶ Ad hec, omnia per ipsum facta esse: scriptura clamitat, Omnia enim (inquit euangelista) per ipsum facta sunt. Et Paulus, unus dominus Ihesus Christus: per quem omnia, Et alibi apertissime a creaturis ipsum separat: dicens, Viuum est enim uerbũ dei / & efficax / & penetrabilius omni gladio ancipiti: & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, Omnia autem: nuda et aperta sunt oculis eius. Si ergo creator omnium est / & omnia nuda sunt in oculis eius: nõ erit un9 de creaturis creator, & cui omnia nuda & aperta sũt: non erit de nudis et apertis unus, Cum enim omnia dixerit: nichil creaturarum extra reliquit, Sic enim ipse Paulus / omnia exponit: alibi dicens, Cum uero dicat omnia: nichil nõ sub-

Marginal references: Prouer. 8; Esaie 35; Psal. 103; Esaie 66; Ioan. 1.; Danie. 3; Psal. 148; ps. 96.; Ioan. 1.; 1. Cori. 8; Hebre. 4; 1. Cori. 15.

1, Cori. 15 iectum ei dimisit, Si ergo quādo dicim⁹ omnia: creaturas omnes cōplectimur.
facit autem pater per filium omnia: cui omnia nuda sunt. non erit unus omniꝭ
um filius / sed aliud preter ipsa, Presertim cum scriptum sit: omne genu in nomi
Philip, 2. ne Ihesu flecti celestium / terrestrium / & infernorum, Si ergo illi omnia genu
flectunt: non erit ille unus genu flectētium / sed aliud preter ipsa, Scribitur etiā
Roma, 8. q̄ omnis creatura ingemiscit / & dolores partus patitur usq; nunc: liberationē
filiorum expectans. Si ergo creatura quidem omnis sic sperat / filius autem nec
adoptionem nec liberationem expectat: sed ipse est qui hanc creaturarū spem
adimplet / & ingemiscentes ad adoptionem uocat ut libertatis largitor: nō cō-
numerabitur certe cum creaturis, quia ipse ingemiscunt auxilium expectan-
tes: ille autem ut uerus dei filius / ingemiscentes a seruitute liberat.

¶ Quomō intelligit̄ illud in textu puerbiorū: ante scl̄a fūdauit me, Cap, VIII

Prouer. 3 Criptum est, deus sapientia terram fundauit. Si ergo sapiētia terram
S fundat (per ipsam enim: stabilis terra manet) diligenter scrutandum
Prouer, 8 est / quo pacto sapientia que terram fundat: a deo fundatur, dictum
igitur etiam hoc est conuenienti modo prouerbiorū; in quibus uera sententia
occultatur, Hoc enim: prouerbiorum proprium est. Sapientia ergo id est filius
dei non incepit esse: nec fundatur inquantum uerbum / sed inquantum homo.
Sic enim ipse / principium & fundamentum edificationis nostre ad pietatem fa
ctus est: per fidem qua credimus in ipsum / & qua in nouam sumus creaturam
reformati, Ideo non dixit / uerbum me aut filium fecit: ne quis hoc quod hereti-
ci dicunt suspicaretur. sed fundauit me, ut idem significaretur hic: & quādo di
cit, dominus creauit me, Ut enim ibi / uiarum initium ad opera domini se factā
sapientia esse affirmabat: ita hic fundamentum se factum esse ait omniū / qui
supedificabūtur: eadem diuersimode dicens. Ibi enim initium siue principium
uiarum dicitur, hic: fundamentum edificationis uidelicet future per fidem. Un
1, Cori. 3, de Paulus quoq; scribit, Nullus aliud fundamentū preter id quod iactum est
iacere potest: quod est Ihesus Christus. Si ergo Christus / fundamentum iactū
est / oportetq; ut que supedificantur: eiusdē nature cum fundamento sint (hoc
enim pacto: structura coherens in templū edificabitur sanctum) patet quia nō
ut uerbū: fundata est / hoc est fundamētū facta est sapiētia, Nulla enim creatu
ra: cum huiusmodi naturaliter fundamēto construi potest. Facta est igitur sa-
pientia fundamentū ut homo: in omnibus / peccato solo excepto, & in hoc ho-
Ioan, 15. mine fideles supedificantur: propter identitatē nature, Et sicut alibi uitem se-
ipsum appellat / nos autem palmites ipsius uitis: ita in hoc loco fundamentū se-
ipsum esse ait / ut naturalem coniunctionem cum supedificandis aperiat, Edi-
ficamur enim in nouā creaturā: ut habitātis in nobis spirit⁹ templū efficiamur.
Sed non erit incōueniens: exemplis etiam falsas hereticorum opiniones refel-
lere, forsan enim erubescentes / uel cōuertentur: uel saltem minore impetu mi-
nores aggredientur. Quod igitur fundatur / hoc est fundamēti usum prebet:
non incepit tunc certe primo esse / quando in fundamētū iactum est, Lapides
enim (uerbi gratia) in terra defossi: fūdamētū facti sunt, nec tūc ceperunt lapi

des esse:quando fundati sunt.sed cum etiam antea lapides essent:facti sunt po
stea fundamentum/nec priorē naturam amiserunt, Sic igitur pie sapientiam
dei fundamētū factum esse intelliges.erat enim in principio apud deum:& de= Ioan,1,
us erat uerbum,ut scribitur,Quando autem quasi lapis aliquis absq; manib9 Danie.2,
de monte demissus/hoc est ex substātia patris profectus/in carne nostra quasi
in terra defossus est:tunc fundatam seipsam ait,quasi dicens,filius sum dei ue=
rus.sed homo fact9 sum:ut principiū & fūdamētū superedificādorū per fidem
fiam/ut propter carnis cōnaturalitatē:michi ipsi eos cōpingam,⸿Sed quomo Cauillus
do(inquiunt)incarnatio uerbi per hunc textum intelligetur? cum sapientia ip hereticos=
sa clamitet/ante secula se fundatam esse / anteq̄ terra fundata / anteq̄ montes rum,
stabilirentur:cū incarnatio in extremis temporibus facta sit. ⸿Facilis cuilibet Prouer,8
nostrum uidetur responsio,& tamen latius dicere cogimur / & multa sepe re=
petere:ad obstruenda hereticorum ora,In extremis ergo temporibus incarna
tionem uerbi factam:nemo negabit,Sed deus qui futura omnia nouit: eterna=
liter quoq; fundauit quantum ad cognitionem suam / filium suum:hoc est fun
damentum illum futurum constituit/ut nos superedificati in ipso:a corruptio
ne in incorruptionem resurgamus,Sciebat enim mortales nos futuros propter
peccatum,ac ideo ex misericordia sua ante secula cōstituit: ut uerbum suum/
homo & initium uiarum & fundamentum fieret,renouaretq; hominem in se=
ipso:factus primogenitus in multis fratribus/et origo resurrectiōis. quod Pau Roma.8.
lus ad Timotheū ostendit, Collabora in euangelio secūdum uirtutem dei: qui 2,Timo,1
nos liberauit & uocauit uocatiōe sua sancta non secūdū opera nostra:sed pro=
positum suum & gratiam/que data est nobis in Christo Ihesu āte tempora se=
cularia:manifestatā autem nunc per aduētum saluatoris nostri Ihesu Christi.
qui destruxit quidem mortem : illuminauit autem uitam & incorruptionem,
Si ergo ante seculum anteq̄ essemus facti / uidelicet gratia presciētis omnia dei
uocati sumus in Christo Ihesu:perspicuū est hoc modo etiam āte secula / quā=
tum ad prescientiam &(ut ita dicam)deliberationem dei: dominum nostrum
Ihesum Christum fundatum fuisse, Ad Ephesios etiam scribens Paulus ait,Be Ephe,1,
nedict9 deus & pater domini nostri Ihesu Christi/ qui benedixit nobis pre om
ni benedictione spiritali in celestib9 in Christo:sicut elegit nos in ipso āte mūdi
cōstitutionē/ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate:p=
destinauit nos in adoptionē filiorum per Ihesum Christum . Si ergo anteq̄ crea
ti essemus/ad adoptionem electi sumus per Ihesum Christum / & spiritali be=
nedictione in celestibus benedicimur:quare dubitabimus similiter quātum ad
prescientiam dei a sapientia dici/ante secula fundauit me? Id ipsum quoq; do= Math.25
minus ostendit dicens,uenite benedicti patris mei/& possidete regnum quod
uobis paratū est ante initiū mundi. Si autem ante initium mūdi paratum erat
regnum nōdum factis/ & paratum in Christo:non irrationabiliter dicit de se, Prouer,8
ante secula fundauit me:anteq̄ mōtes stabilirētur/anteq̄ fontes aquarum pro=
rumperēt,que omnia:creaturarum a nichilo ad esse productionem significāt.
Causa uero(ut sic dixerim)quare presciti sumus in Christo/et in adoptionem

ex charitate dei patris uocati:hec est, Preuidit deus peccaturum hominem et in mortem casurum, preuidit etiam conferentia generi eius:& quomodo renouaretur/& ad immortalitatē rediret. Ideo quasi radices huius spei in filio suo nobis deposuit: per quē ad adoptionē nos uocauit/et omni benedictione spiritali nōdū factos muniuit, ut quando pūaricatione in mortē caderemus:ex prisca illa radice in uitam rursus resurgeremus/& ueluti iam benedicti: non omnino semperq; iacere possemus, Prefundatur igitur ante nos Christus:& in ipso nos omnes supedificamur, Idq; ante initium mundi:in prescientia dei, ut cū ordine diuino benedictio maledictionē antecesserit/& damnationē in mortē uite pollicitatio & seruitutem diaboli adoptionis libertas:possit natura humana superatis malis que interim acciderunt/in pristinam/per gratiam Christi (qui fundauit eam bonis in bonis) dignitatem recurrere, talisq; fieri:qualē de⁹ ex charitate per filium suum futuram cōstituit, Sed similitudine/quomodo ante secula dei sapientia fundata sit paternis consiliis:sic intelligemus, Architect⁹ uerbi gratia sapiēs/edes edificatur⁹ regias: dubitat uerisimiliter nequid procedente tempore altior edium structura patiatur. ac ideo fundamentum iacit firmissimum:& radices operum robustissimas construit. ut si quid superiora patiantur: possint rursus reparari fundamēto seruato. Eodem modo creator noster/Christum nostre salutis fundamentum:etiam ante initium mundi fundauit. ut si preuaricatiōe caderemus:in ipso rursus renouaremur. Quantum igitur ad prescientiam/& cōsilium/& propositum patris/et omnino deitatis: Christus ante secula fundat⁹ est/& tempore congruo natus ex uirgine, in quo reparati sum⁹:quia ante initiū mūdi/salutis nostre fūdamētū ipsū habebam⁹.

¶ Thesauri Cyrilli libri quinti/finis,

¶ Eiusdem liber sextus,

¶ De eternitate filii:& q, inseparabiliter ex substātia patris emanat. Cap.I

a T quomodo (inquiunt Arriani) etern⁹ esse poterit filius:aut quomodo inseparabiliter emanauit ex patre? Nam quod ex aliquo prodit: pars substantie illius est unde prodit. Quod autem semel separatū est atq; diuisum:id totum esse non potest, ¶ Quid igitur dicitis de sole:qui splendorem hoc est lucem suam emittit? quid de igne ac de calore:qui ex eo emanat? separationes ne ac decisiones in his essentiis intelligetis? Atqui sol ita lucet:ut nullo modo imminuatur, nec aliquis poterit localiter lucē a sole diuidere:nec separari calorem ab igne uidemus/sed exit ab igne inseparabiliter:quasi fruct⁹ essentie sue/sicut & splēdor lucis, nunq̄ enim erit lux sine splēdore:neq; ignis sine calore, semper enim cum istis rebus sunt: que ex ipsis generantur, Sic igitur & filium intellige ex patris essentia emanare:ita ut eternaliter & in ipso sit/& in propria hypostasi esse non dubitetur. nec ullo pacto im-

Ioan,14, minuere patris essentiam credatur:nec ab eo separari intelligatur, nam & pa-

Ioan,10, ter in ipso est:& ipse in patre, Vnde uere dixit, Ego in patre sū & pater in me, Et quoniam propter incōmutabilitatem ipse in patre cernitur/& pater in ipso: uere illud quoq; ab eo dictum est. Ego & pater; unum sumus, et qui me uidet:

uidet et patrem. Miror autem quare qui contendunt separatum esse a patris essentia filium/quoniam a patre prodit/& ita pars sit non integra: non dicunt splendorem quoq; lucis disseparatum esse a luce/et calorē ignis ab igne/et uerbum a mente siue intellectu. quare inq̄ non ostendunt has quoq; partes esse: et quidē separatas a rebus unde profluūt? Ostendant splēdorē lucis absq; luce unq̄ fuisse/et ignem absq; calore/& mētem sine uerbo: et tunc forsan talia etiā de uerbo dei cogitare poterūt. Si uero hec corporea et creature semper simul sunt/neq; unq̄ separanť: quomodo nō erunt impii/separationes passiones decisionesq; nature deitatis accōmodantes/ que in immensum creaturas omnes excedit? ¶ Sed quomodo (inquiūt) coetern⁹ patri filius erit: cum animalia uniuersa que nascuntur ab aliis/multo posteriora parentibus sunt? Aut quomodo filius/uerbum patris aut imago erit: cum uerbum hominum nec per se subsistat/& postea q̄ dictum sit euanescat/ cum manifesta fecerit que in mente et in profundo cordis locata sunt? ¶ Si nichil plus in deo ponitis q̄ in homine: erit secūdum uos posterior patre filius, Sin autem multo excelsior illa natura q̄ nostra est; nec est aliquid commune substantie nostre et substātie dei: quomodo humane imbecillitati deitatē subiicere non erubescitis? Nam quantū substātia substātiā excellit: tātū & generatio diuina hominis generationē, corruptibiles nos sumus: deus incorruptibilis. a nichilo ꝑducti nos: de⁹ semper et erat et erit/ immo autem est. Qualis uero genitor in omnibus est: talis et qui ab eo nasciť. Sed deus pater/ eternus est: eternus ergo & filius suus est, lux est pater: huius lucis splendor semper cum ipsa est, Et hominis quidem uerbum ad nichilum redigitur/neq; uiuum neq; subsistens est. Nam & homo qui hoc uerbum emittit: & ex nichilo productus est/& corruptioni subiicitur. uerbum autem dei uiuum est/& ex uiuo patre profluit: & ideo semp est. Nūq̄ enim erat/sed nec erit unq̄ deus absq; uerbo. Vnde Paulus de ipso, uiuum enim est uerbum dei: et efficax, Creator igitur est: et omnia per ipsum facta sunt / et sine ipso factum est nichil, ¶ Sed non est (inquiunt) Christ⁹: innata uirtus dei et sapientia, Alia enī est q̄ illa: de qua Paulus dicit, eterna eius uirtus et deitas. Non enim Christ⁹ solum/uerū etiam multe alie sunt uirtutes et sapiētie: preter illam innatam deo, Nam illa quidem innata/ueraq; dei uirtus: creatiua omnium est, sed alie re uera per ipsam facte sunt: q̄uis precipua quedam uirtus dei preter alias Christus sit/ad hoc creata ut imbecilla confortet/ ut in sapientiam stulta redigat/ut iustificet omnia que iusticia indigēt, Illa igitur innata dei uirtus (inquiunt) eterna/& increata/& semper in patre est, Christus uero propter dictas causas factus fuit. Si autem nonnulli/ quia scribitur apud Paulum, Christus dei uirtus et dei sapientia, ipsum putāt esse innatam dei uirtutem: quid dicent cum deū audiant dicentem, De eruca uirtus mea magna? aut quid facient: cum multas uirtutes esse psalmista significet/canens. benedicite deum omnes uirtutes eius? ¶ Si propter hec factus est filius dei (ut Arriani dicunt) ut ad sapientiam redigat stulta/ut imbecilla confortet/ut indigentia iustitie iustificet: nos ergo causa sumus ut ipse factus sit, quare nec fact⁹ esset: nisi de⁹ creaturas uoluisset

Cauillatō hereticorum

Hebre. 4

Ioan, 1,

Roma, 1,

1, Cori, 1.

Michee, 3

Psal, 102,

producere,& organum/hoc eſt inſtrumentum creationis noſtre fuit, Si factꝰ
eſt propter nos:num igitur ſicut ſapiens propter ſtulta que in ſapientiam redi
guntur / & uirtus propter corroborata imbecillia ſecundum uos appellatur:
ſic & filius nominabit̃ propter adoptatos per ipſum dei filios/ut nichil proprie
ſit propter ſeipſum:ſed omnia propter nos? Quomodo igitur in pſalmis can=
Pſal,99, tatur:ipſe nos fecit et nõ ipſi nos? Nam etiam ſi creatiõis noſtre ipſe author eſſe
uideatur:ſed nos ſumus cauſa ſecundum uos/ut ipſe produceretur,ſicut & ce
lum propter generationẽ generabiliũ factum eſt: & ſol ut tenebroſa illuſtret/
et terra ut animalia ſuſtentet.et ita nichil magni erit in filio: quod in creaturis
non ſit.Miniſter enim ille quoq;:ſicut creatura/erit.imo maioris dignitatis ce=
tere creature uidebuntur:quarum cauſa/ille productus eſt, Vides quot impie
dicta ex opinione falſa hereticorum ſequuntur,Sed fatentur innatam dei ſapi
entiam & uirtutem non eſſe creatam, Nolint ergo cum filium audiant increa
tum patriq; coeternum eſſe:duo increata cogitare. Nos enim ipſam ſapien=
tiam & uirtutem dei patri coeternam/ipſum filium eſſe credimus: qui omnia
Ioan,1, fecit/qui propter nos caro factus eſt/ut Ioannes ait, ❡ Ad hec omnia / cur pa=
ter uniuerſa per filium operatur/cur in baptiſmate cum patre cõnumeratur:ſi
creatura eſt/ nõ creator? Quid opus erat creatura ad ſanctificationẽ noſtrã?
aut cur ut protectorem noſtrum inuocamus: cum ad nullam creaturam ſicut
ad ipſum refugiamus? ad ſolum enim refugimus: ut ad coeternum patri filiũ,
Cur etiam ſi deus ita uere ut pater/non eſt:in ipſum creditur? aut cur ab ipſis
quoq; hereticis creator omnium nominatur: niſi eodem modo creator ſit quo
Ioan,16, pater? Omnia inquit patris:mea ſunt,Eſt autem in patre creandi uirtꝰ.eadem
ergo etiam in filio eſt. Similiter ſaluare/ſanctificare/& omnia que deo con=
ueniunt:ita in filio ſunt/ſicut in patre. Deus igitur uerus/nõ aliter q̃ pater eſt:
non factus(ut heretici fingunt)ſed ex patris ſubſtantia proprie profluens.

❡ De eodem: uidelicet q, filius creatura non eſt, Cap,II.

SI omnis creatura patrem ignorat/ nouit autem ſolus filius (nullus eni 1
Math,11, inquit patrem nouit:niſi filius)non erit profecto filius creatura, ❡ Pre 2
terea,nulla creaturarum:natura deus eſt.filius uero:natura deus eſt,
non eſt igitur creatura.Nam ſi filius natura deus nõ eſſet:miſerius modo eſſet
genus humanum q̃ antea,quia cum credat ſe a ſeruitute falſorum liberari de=
orum:in eandem incidit impietatem/deo ſeruiens qui naturaliter deus nõ eſt.
Eſaie,42 ❡ Ad hec.omne creatum/aliud penitꝰ natura eſt:q increatum. nec poteſt in= 3
creati gloria equaliter frui:quod creatum eſt, Non enim inquit dabo gloriam
meam alii,Filius autem in gloria patris uenit: et equaliter illa potitur.non eſt er
go creatura, ❡ Accedit,q, ſcripture uerum eſſe deum/filium affirmãt:et om= 4
nes iam ita credimus,Quod uero creatum eſt:recens eſt/ nec fas eſt in recen=
p̃ſ,80, tem credere deum, Increatus ergo et uerus deꝰ/ filius eſt, Longe namq; aliud
creatum ab increato eſt,Et ſicut increatum adorare iubemur: ſic ab adoratio=
ne creati a ſcriptura uetamur,Filium autem adorare iubemur.non eſt igitur fi
lius aliud a deo/nec creatura:ſed uerꝰ deꝰ et increatꝰ, ❡ Accedit.q, nulla crea 5

turarũ libertatẽ largiri poteſt:cũ ipſa ſeruiat, Filius autẽ nos liberauit, Nõ eſt
igitur ſeruus:ſed dñs & de⁹ ſcđm naturã, Creature nãq; oẽs naturã diuinitus
ſibi datã ſequũtur:et ita deo ſeruiũt. Ipſe uero de⁹ oẽm huiuſmodi nature ne=
ceſſitatẽ excedit:et ideo nõ ſeruit ſed dominatur, Ipſe nãq; naturã ut legẽ ſpe
ciebus ſingulis impoſuit. Filius autẽ liber eſt:et natura dominus. Nõ eſt igitur
6 creatura, ¶ Adde, q̃ nulla creatura deo patri naturaliter ſimilis eſt, filius ue=
ro ita ſimilis naturaliter eſt:ut qui eũ uidet / patrẽ uideat, Increat⁹ / ergo ſicuti
pater:eſt. Dñs eni & rex glorie:fili⁹ dicit᷑. Creature uero:diuine glorie ſeruiũt
7 ¶ Adde, q̃ oia que a nihilo producta ſũt:poſſũt etiã ſi creator uoluerit / ad ni
hilũ redigi, qđ de filio dicere:nefas eſt. Nõ eſt igit᷑ a nihilo product⁹ ut creatu
8 ra:ſed ex p̃re genitus ut uere fili⁹. ¶ Preterea, ois rationalis creatura poteſt er
9 rare, filius uero nullo mõ poteſt, ¶ Ad hec, nulla creatura unq̃ ſubſtãtiã a ni=
hilo producere poterit, Finite namq; id uirtutis eſſe non põt:filius aũt:creator
10 oim eſt. Quõ igit᷑ erit creatura? ¶ Accedit, q̃ creata oia inq̃tũ creata ſunt: cõ
ueniũt inter ſe / nec ullã differẽtiã ĩ hoc habẽt, quare ſi fili⁹ etiã creatura eſſet:
cõueniret in hoc neceſſario cũ ceteris creaturis. Sed nulla in re cũ ceteris cõue=
11 nit, Quomodo igitur uerus de⁹ nõ erit? ¶ Preterea, ois creatura:in tẽpore fa
cta eſt. nullũ uero tẽp⁹ / generationẽ filii preceſſit:nec ſpaciũ / aut duratio ulla:
nõ eſt ergo factus ſed genit⁹. Nã ſi tẽpus ſiue duratio aliqua creata generatio
nẽ filii preceſſiſſet:nõ eſſet ipſe creator oim. Et ſi ſpaciũ ſiue duratio que gene
ratione filii preceſſit / ĩcreata ſit:erit aliud preter deũ / increatũ, quod dictu ne
fas ẽ. Si ergo nec tẽp⁹ / nec ſpaciũ / nec duratio ulla ante filiũ fuit:quõ dicũt pre
12 fuiſſe patrẽ filio / cũ inuenire nõ poſſint quo prefuit? ¶ Accedit, q̃ rationales
creaturas nõ natura / ſed p̃ticipatiõe ac grã deos ſcripture appellãt, Filiũ uero
nõ participatiõe ac grã / ſed natura deũ nominãt, Soli eni natura deo debetur
13 adoratio:filiũ autẽ adorare iubemur. Aliud igit᷑ eſt q̃ creatura. ¶ Poſtremo.
creatorẽ eſſe filiũ cõcedũt:creatũ etiã eſſe cõcedunt, Quare ſi creator creatus
eſt / eſt autẽ etiã pater creator:cur ipſũ quoq; nõ dicũt a nihilo p̃ductũ? Quia
uidelicet impoſſibile eſt / toti⁹ nature creatorẽ ab alio creari, Quõ igit᷑ & crea
torẽ oim eſſe filiũ / & creatũ eſſe opinãtur? Nũ excogitare poteſt quiſpiã men
tis cõpos:creare quod creatur / & a nihilo producere qđ a nihilo productũ eſt?
uelint queſo diligentius quid dicũt perpẽdere, Precipua eni dei ueri p̃prietas
eſt:ut a nihilo poſſit ſubſtãtias p̃ducere, Id filiũ poſſe nõ negãt, Quõ ergo nõ
deus uerus:ſed creatura erit?

¶ Q̃ non eſt idem in deo:generare et creare, Cap, III.

1 I generare & creare / & filius & creatura idẽ eſſet in deo:nõ de ſolo uni
s genito pater dixiſſet / hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹, Quippe cũ etiã de creatu Math, 3.
ris:ſimilis orõ dici poſſit. Quid aũt plus q̃ nos haberet fili⁹:ſi generare &
creare idẽ eſſet? Q̃ ſi creature etiã generate p̃prie dici poſſũt: quõ unigenit⁹
2 erit fili⁹ dei? ¶ Preterea, qđ a deo generat᷑:natura de⁹ eſt, Qđ aũt creat᷑:nõ
3 eſt natura de⁹, Quõ ergo creatũ & genitũ idẽ erũt? ¶ Q̃ ſi idẽ eſſe ponant᷑,
4 erunt oẽs creature filii dei. Sed angeli tãto magis:q̃to ceteris creaturis preſtãt,

Hebre,1, Sed nulli unq̃ angelorum dixit:fili⁹ meus es tu, Aliud ergo est creatũ/aliud geni
tũ, ¶ Nã si idẽ essent:esset q creat naturaliter pater, Creat aũt etiã fili⁹, Esset 4
ergo ipse quoq; pater, qđ dictu nefandissimũ est. ¶ Ad hec, si creatura etiam 5
genimẽ erit:erit ois creatura uere filius dei, et ita uerus fili⁹ nõ erit dñs et deus
oim creaturarũ:sed frater, Est autẽ dñs et deus oim uere, nõ sunt ergo cetere
creature genimina dei, Nõ est idẽ ergo creatura et genitũ, ¶ Nã si idẽ essent: 6
creator inq̃tum creator esset genitor/et genitor similiter creator, qđ impossi=
bile ẽ, Creator eni ad extra ꝓducit, genitor uero ex seipso generat, ¶ Postre 7
mo, si idẽ est creatura et genimẽ:qm̃ spiritũ sanctũ per errorẽ sacrilegũ crea=
turã opinãtur/erit ipse quoq; genimẽ. Si ergo patris:nõ erit fili⁹ unigenit⁹. sin
autẽ filii:erit filius filii, quorum utrumq; impiũ est. ¶ Adde q̃ filiũ pater ex se & 8
non per aliũ generat, Creaturas uero ipse per filium in spiritu sancto ꝓducit.
Aliud igitur est generare/aliud creare ac facere. Quod si facere ac generare idẽ
sunt:cur nõ dicit᷑ de⁹ terre motũ/pestẽ/diluuiũq; generare:sed facere᷑ ¶ Pre 9
terea, si unde generat de⁹ inde etiã creat/ut heretici uociferantur:erit aranee
similis/que(ut aiũt)inde generat unde facit. Quod etsi concesserim⁹ in araneis
que naturali seruiũt legi:pie tamẽ in deo nõ cõcesserim⁹/qui nõ nature seruit:
sed nature creator est. ¶ Sed si quia nulla cõpositio est in deo/idcirco similiter 10
generat et facit/ut isti cõtendũt:erit prescire quoq; ac facere idẽ / ne uidelicet
cõpositio huic accedere uideat᷑. Et si hoc/qm̃ prescire ipsum mala nõ negabi=
tis:an cõcedetis mala q̃ ab ipso presciuntur/ab ipso quoq; fieri᷑ Certe nõ facie
tis, Quod si aliud est apud ipsum prescire aliud facere/ neq; hinc simplicitas eius
ledetur:erit similiter aliud generare aliud creare in deo/nec ulla ꝓpter hoc cõ
positio erit. ¶ Ad hec, si generare et facere idẽ sũt:erit natura et operatio idẽ. 11
Natura eni generat:operatio autẽ facit. Sed non sunt idẽ natura & operatio,
aliud est ergo generare:aliud est facere. ¶ Accedit, q̃ qui facit:creator quidẽ 12
est, qui uero generat:pater. Aliud est aũt pater/aliud creator, Aliud ergo erit
facere/aliud generare. ¶ Postremo, si idẽ est generare & facere:simul de⁹ ge 13
nerat & facit/et oĩa sunt eadẽ ratione et creatura et filii. qđ absurdissimũ est,
et deus similiter simul & pater & creator. Fuit autem eternaliter re ipsa pater.
Fuit ergo eternaliter actu creator, Et ita scđm uos necessario nõ filius solũ: ue=
rum etiam creature patri erunt coeterne, quod falsum est,

¶ Thesauri Cyrilli libri sexti/finis,

¶ Eiusdem liber septimus,

¶ Aduersus eos qui dicunt q̃ filius non est uerũ patris uerbum:sed aliud na= tura q̃ pater, Cap,I.

I filius (inquiũt) uerbũ p̃ris est/& est ipsi cõsubstãtialis:in nullo a p̃re
differre poterit/& ita p̃r etiã poterit uerbũ appellari, qđ aplorum pdi=
5 catio/& diuine scripture nõ patiũt᷑, P̃r eni p̃r semp est/& nõ fili⁹, &
fili⁹/solũmõ filius a scriptura noiat᷑. Aliud ergo ipe a p̃re est:nec põt
eiusdẽ eẽ substãtie, quare nec uerum ipsi⁹ uerbũ/neq; ex ipo ẽ: cũ eiusdẽ nature
nõ sit, ¶ Qui hec dicũt:Ioãnis oino obliti sunt. Verbũ eni ipe filiũ hic appellat:

ut hoc nomē quasi ꝓpriū / & ipsi⁹ esse filii maxime significatiuū / elegisse ui=
deatᷣ. In pricipio iquit erat uerbū / et uerbū erat apud deū: et deus erat uerbū, Ioan,1,
Vides quomodo ipsum esse filii scd̄m naturā / hoc nomē significat, deus enim
erat uerbū / ait, Qꝫ si nō esse filii scd̄m naturā / uerbi uocabulū ostēdat: aliud
quid certe significabit, Quare necesse est q̄rere quid est filius scd̄m naturā / si
uerbū nō est: nec esse ipsius / uocabulo uerbi significatᷣ, Nā ueluti si architectū
aut lapicidā diceres / nō natura rei significaretᷣ sed artificiū: ita si nō esse filii se
cundū naturā / quādo uerbū dei dicim⁹ / significatᷣ: sed artificiū ponimus / co=
gemur querere quo noīe ꝓprie artifex ille appellatᷣ. frustra eni euāgelistā mi=
ramur / et quasi magnū qd & ꝓpriū tonasset: tonitrui filiū appellam⁹. Multis Marci,3,
eni noibus: scriptura filiū appellat. Sed euāgelista cū uerbū dixerit / quasi pro=
priū / idqꝫ mirabile atqꝫ inauditū ꝓnūciasset: nihil aliud apposuit nec dixit, ut
de Paulo uerbi gr̄a scribitᷣ: Paul⁹ apostol⁹, suffecit eni sibi ad significādū ipsū
esse filii: uerbū dixisse, Verū igitᷣ p̄ris uerbū / fili⁹ est: neqꝫ est aliud ueꝝ patris Roma.1,
uerbū / q̄ fili⁹, Nā si ea de causa putāt heretici nō eē filiū p̄ri cōsubstātiale / q̄m
neqꝫ pater uerbū est / neqꝫ uerbū pater: et ꝓpter differētiā ꝑsonaꝝ / substātia=
rū quoqꝫ differentiā inducūt: quō Abel & Adā cōsubstātiales dici poterūtᷣ cū
neqꝫ Abel possit esse Adā / neqꝫ Adā Abel; Qꝫ si differētia ꝑsonaꝝ / idētitatē
nature nō destruit in hoībus: quō nō erit ipiū / ea de causa putare supnaturalē
dei substātiā diuersificariᷣ Sicut igr̄ si nō esset cōsubstātialis p̄ri fili⁹ / nō eēt uer
bū p̄ris ueꝝ: sic q̄m cōsubstātialis est / ueꝝ ei⁹ uerbū est, ¶ Ad hec, substātiaꝝ
noīa / ipsaꝝ substantiaꝝ sunt significatiua: et maxime q̄ prima & ꝓpria sunt,
magnā tamē in ipsis differētiā inspicim⁹, Alia ei uniuersalē habēt significatio
nē, hec ab aliis uniuersaliora significata i singula icidūt, ut uerbi gr̄a / hō sim=
pliciter et absolute ipsū humanū gen⁹ significat: hoc est ipsū esse hoīm, Paul⁹
autē & Petr⁹ & Iacob⁹ ceteraqꝫ huiusmodi: in singulos uniuersale illud signifi
catū hoīs scidūt. Nec ista differētia singuloꝝ singulis noīb⁹ notata facit: ut na
tura ipsoꝝ singulariū alia atqꝫ alia in singulis sit, Pater igitᷣ pater est / & filius
uerbū: nec t̄n ideo nature diuersitas inducitᷣ. q̄m sola diuersitate relatiōis q̄ di=
uersis noīb⁹ significatᷣ / nec alia re ulla distiguūtᷣ. Relatiōes aūt cōsubstātialiū
diuerse / noīaqꝫ ipsaꝝ relationū diuersa: nō possūt (ut exēplo docuim⁹) natura
lē coiūctionē delere, Quare necesse est ut eiusdē substātie cū p̄re fili⁹ sit: quis il
le semp pater solumō sit / & hic semp solū fili⁹ ac uerbū. Cū eni essētia p̄ris sim
plicissima sit / & ex eo ꝓdeat uerbū suū: nihil aliud inter generationē uerbi &
patrē intelligi pōt / quod possit ꝓhibere / ne uerbū eiusdē nature sit cū eo cui⁹
est uerbū, ¶ Sed in euāgelio (inquiūt) scim⁹ filiū ad patrē dicere, pater glori= Cauillatō
fica filiū tuū. & a p̄re ipsi respōsū fuisse. & glificaui: & rurs⁹ glificabo. Quō igi aduersa=
tur fili⁹ ueꝝ p̄ris erit uerbū: cū ad eū p̄r loquatᷣ Locutio eni: absqꝫ uerbo fieri riorum,
non pōt, Aut p ipsum filiū si uerbū ueꝝ est / loquitᷣ filio p̄r. Aut si hoc absurdū Ioan,12,
est: aliud est illud uerbū interi⁹ atqꝫ naturale / quo ad filiū locut⁹ est p̄r, ¶ Nō
est parua ipietas / siquis credit mō humano per labia et guttur & liguā uerbū
diuinū emitti: & aures audiētiū uerberare, Nō cōuenit certe huiusmodi fictio=

ulli incorporali nature, Nec illa uox/patris ꝓprie ac naturaliter fuerat:sed sonus quidā fact9/quo significabatur quāte dignitatis filius sit apud patrē. Non eni solus domin9 audiuit:sed discipuli quoq; omnes, Q; autē uox illa/collisione corporis facta fuit:non solū hinc patet q, aures discipulorū percussit/uerū
Ioan,12, etiā ipse domin9 aperte ostēdit dicēs, Nō ꝓpter me uox ista facta est: sed propter uos, Non dicit certe/nō ꝓpter me locutus est pater:sed facta est hec uox nō propter me/sed ꝓpter uos. Si ergo miraculose facta est illa uox uoluntate diuina/nō ꝓpter Christū sed propter discipulos:qui nō poterant uolūtatē paternā in glorificādo filio discere nisi uoce hūana/nō erubescēt isti q̄ ꝓpter nos miracula ac ꝑ dispēsatione facta sūt;ipsi nature deitatis indecēter attribuere?

¶ De eodem/alio modo, Cap,II.

Gene,1. Ed inuenitur (inquiunt) pater dicens ad filium, faciamus hominem, &
Ioan,8, s ipse saluator ad Iudeos. ego a meipso non loquor:sed que a patre audiui/hec nūcio uobis, Quid igitur respōdebitis siquis interroget:utrū pater ad scientē filiū quod dicturus erat/an ad nesciente locutus sit? Nā si ad nescientē antea/& tūc discentē quādo uerbū patris percepit:aliud profecto ipse uerbū erit/q̄ illud natura intrinsecū quo didicit, Sin uero ad sciētē:quomodo nō erit stultū scientē docere? quippe nemo id nisi stult9 faceret, Quoniā ergo deo attribuendū hoc nō est ut scientē doceat:nō erit filius ipsum intrinsecū ac uerū patris uerbū/neq; per ipsum scire potest patris uoluntatē:nisi uerbo doceatur, ¶ Quid ergo differret a ꝓphetis uerbū dei:qđ in ipsis locutū est & futura predixit eis? homines eni erāt/& ut hoies futura ignorabāt:quoꝝ precognitio soli cōuenit deo, Quid igitur faciemus? cū ipse dominus longe se a pro-
Ioan,10, phetis his uerbis disseparet, Si illos dixit deos ad quos uerbū dei factū est/nec potest dissolui scriptura:quē de9 sanctificauit et misit in mūdū/uos dicitis q̄a blasphemas/quia dixi: filius dei sum. Si enim ꝓphetis sicut creatura exequaretur:non sicut a minore ad mai9/comparationē ꝓphetaꝝ ad seipsū faceret, Nā cū dixit:si illos dixit deos/ad quos uerbū dei factū est:aperte ostēdit nō factū fuisse ad se uerbū dei sicut ad illos/sed q, ipe sit pris uerbū in ꝓphetis locutū, Quō igit̄ ut ꝓphetā nescire futura & audiēdo discere/ipie dicere audēt? Nam si uolūtatē pris ignorat/& ideo expectat ut ꝑ uerbū ipsi9 pris discat:nō ē
ps,88, maior ꝓphetis. Cur igit̄ psalmista canit, Quis i nubib9 exeq̄bit̄ dn̄o et i filiis dei? Neminē eni apte exequari filio ait:nec in ipsis ꝓphetis/quos & nubes tropologice dixit:nec in filiis dei/id est ꝑ gratiā baptismatis iā adoptatis. Si ergo impiū est/spiritū sanctū per psalmistā mentiri affirmare:omnes excedet dominus/eritq; uerbū dei uerū/et patris uolūtas ac sapiētia, ¶ Preterea, si aliud uerbum insitū patri est scđm naturā/q̄ illud de quo scripture loquūtur: ut sit aliud intrīsecū et quasi occultatū in patre/aliud enūciās manifestāsq; myste-
Ioan,1. ria dei/qđ deū esse Ioānes asserit:erit cōpositio in deitate, Cōponet̄ eni scđm istos deus pater ex essentia/& uerbo suo intrīseco. Sed cōpositū esse deū penitus ipossibile ē:et oib9 ita uidet̄, Vnicū ergo uerbū dei ē naturale atq; itrīsecū: et id/est filius suus. Aliter necesse esset cōfiteri scđm istos/uerbū dei quod per

euangeliū predicatur:nescire mysteria patris,sed collocutione paterna disce re:atq; sic ex ignorantia ad sciētiā cōmutari; Quomō igitur uere dicet: ego et pater unum sumus? aut quomodo incōmutabilis imago genitoris erit? Nisi forte dicant:patrem etiam ipsum ignorare/et cogitādo adinuenire. Nā si oia scit/sicuti certe scit/estq; uera sua imago filius:impossibile est non unā eādēq; patris et characteris sui scientiam esse. ¶ Estis ne sic indocti/inquiūt:ut impo sita uocabula rebus non alia esse contendatis q̄ res ipse sint? Ecce celū opus dei precipuū:et nomē eius longe aliud / neq; eni res precipua est. Preterea. Celū ipsum res uisibilis est:uocabulū uero suū nō uisui sed auditui subiicit; Filius er go dei uerbū dicit:nec tamē ita uerbū est ut multi intelligūt/sed aliud qd na turaliter q̄ uerbū. ¶ Tacere oportet:nec ad huiusmodi rationes respōdere.& tamen ne simpliciores ab istis seducātur:tacere nō possum9. Dicim9 igit uoca bula rebus iposita:ipsas rerū essentias significare/etiā si alia sint preter ipsas. Homo enim/uerbi grā/uox ista dico/aliud est q̄ ipse homo: & tamē subiectū ipsius hominis significat. Nā si nō significaret ipsum hominē:hoc noīe audito non intelligeretur homo/sed aliud quippiam.quod dictu stultissimū est. non ergo aliud intelligere debem9 q̄ quod per uocabulū significat:et ita furor he reticoꝝ deprimitur. Aut demōstret nobis Eunomi9 nō esse ꝓpriū uocabulū fi lii dei/uerbū:ut hostis diuinarū scripturarū et precipue Ioannis euāgeliste re periatur:qui appellationē hāc tanq̄ maxime propriā filio dei posuit.

Ioan.10. | Cauillatō aduersariorum

¶ Aduersus aliam Eunomii obiectionem. Cap.III.

Ed quomodo(inquit) filius dei/uerbū et sapiētia erit? cū sapiētia/scien tia quedā sit. Verbū aūt:prolatio uocis.uoces aūt:neq; subsistētie neq; animalia sunt. Filius uero:animal est. quare nec sapientia nec uerbum patris. ¶ Ad humana rursum defertur:oblitus uerba de deo fieri, sed forsan nescit humanis quidē uocabulis de deo nos uti:ubi oīa longe aliter q̄ res huma ne/intelligēda sunt. Verbū eni homis nō subsistit:sed uox ex ore ꝓlata dissol uitur. uerbū autē dei nō ita se habet:sed uiuū ex uiuo/& subsistēs ex subsistē te. Similiter etiā de sapientia et scientia dicendū est, sapientia enim nostra nō subsistit, dei autē sapiētia subsistit. Intelligere nāq; deberet/tantū q̄ de deo di cūtur modū humanū excedere: quātū humana substātia a dei substātia ex ceditur. Sed nescio quomodo in tantā impietatē ex ignorantia forsan incidit. Animal eni/dei filiū appellat. neq; cōsiderauit aliud esse animal aliud uitā/si cut sciētē et sciētiā. uita eni est res illa: que participata uiuificat. Animal uero: quod uita participat. Dominus autē nō animal seipsum/sed uitā appellat. Q? si quia uita est/animal etiā scd̄m ipsū erit: cur etiā patrē/animal nō appellat? De quo scribitur. uiuo ego:dicit dominus. Illud ergo apostolicū ad Eunomiū recte dicētes/excogitatiōes tue tecū sint in ꝑditione:nō animal ut ipe/ sed ipsā uitā dn̄m eē ꝑdicabim9:q̄ oia uiuūt. In ipso eni(ait Paul9) uiuim9 & mouemur et sum9. ¶ Ad hec. uerbū apd̄ scripturas/fili9 appellat, et ꝓlationē uocis acu tus hō itelligit:ignorās ex nr̄a cōsuetudie uocabulū esse sūptū. Loquit eni pr̄ ineffabiliter ad filiū. Habet enim filius naturaliter perfectā uolūtatis paterne

Ioan.14. | Ezech.33 | Actuū.8. | Actu.17.

cognitionē:nec uerbū expectat/cū ipse sit uerbū dei. Qn̄ igit̄ de deo hūano more aliquid dicit̄:qui audit/nō humano more sed spiritaliter diuia itelligat,

¶ Qꝫ uocabulū uerbi sufficit:ad significādā ex p̄re filii generationē,Ca,IIII.

S Ed non sufficit(Eunomius inquit)uerbi uocabulū:ad significandū uerum filium,Non enī manifestari potest per illud:ipsum esse filii,Multa enim alia/uocabulo uerbi noiantur:q̄ nō subsistūt, ¶ Hac ipsa ratione dei etiā uocabulū nō sufficit:ad significādū ipsū deū, Multi enī alii/quāuis na=

ps,81, tura dii non sint:sic tamen appellātur.scd̄m illud,ego dixi dii estis,Illud etiam quispiā poterit dicere: quoniā bonus/sanctus/ceteraqꝫ huiusmodi/de hoibus quoqꝫ per participationē ueri boni et ueri sancti dicūtur:nō ꝓprie de deo ista dici,Qꝫ si multa noia deo et creaturis cōmunia sūt/et tamē de ipso solo scd̄m naturā dicuntur:quid ꝓhibebit uerbū etiā ꝓprie filiū dei appellari/& hoc uocabulo maxime ipsum esse filii/pro ut hoies percipere possūt significari:quā=uis multa quoqꝫ alia/uerba sint abusiue et ad imitationē ueri uerbi appellata,

Ioan,14, Hac de causa ipse de se dicit,Ego sum ueritas. Quare quicqd de deo dixeris/ut ipsi uere cōueniat:de illo quidē ꝓprie/de aliis uero abusiue dictū nō dubi=

Eunomii tes. ¶ Sed uerbū a scripturis dicit̄ (Eunomius inquit)nō qa ex patre scd̄m na=

cauillatio turā sit/aut quia ipse fili⁹ sit intrīsecū atqꝫ insitū patri uerbū:sed qa patris uerbū audiēs/nobis enūciat,sicut sanctificatio quoqꝫ dicit̄ fili⁹:qa sanctificat,& iusticia:qa iustificat. ¶ Si uerbū dei appellatū est scd̄m Eunomiū/nō qa scd̄m naturā ex patre sit et genitoris essentiā in seipso demōstret:sed qm̄ qd a patre uerbū audiat/id nobis enūciet:seruet in ceteris quoqꝫ eandē cōsequētiā rerū/ut sua impietas apertius detegatur.Nā si uerbū dicit̄ filius/quia uerbū audit:erit participatiōe uerbi/uerbū,et cōsequēter sanctificatio & ueritas/nō scd̄m naturā:sed ꝑticipatiōe sanctitatis et ueritatis,Que aūt nō scd̄m naturā insūt/sed extrinsecus aduenīūt:facile quoqꝫ perdūtur, Dicat igit̄ q̄so/quādo filius

Ioan.14. dei/nec sanct⁹ nec bon⁹ et cetera huiusmodi fuit,Et cū dicat/qui uidet me:uidet et patrē/hec blasphemia usqꝫ ad patrē ei⁹ ꝑueniet,Desinas igit̄ has leges scripturis imponere.nemo enī ita insanus erit/ut spero:ut cauillatorias expositiones tuas de uerbo dei potius sequat̄/q̄ ipsū spiritū sanctū.Spiritus enī sanctus/filiū dei:uerbū per scripturas nominat.Eunomius autē:nō uerbum/sed uerbi participē, Nā si uerbū a patre ipse audit/ac ideo sic appellat̄:scd̄m ipsū nō erit uere uerbū/sed uerbi particeps,Aliud enī est participās/aliud ꝑticipatū.ut exēpli causa/aliud est sapiēs qui sapiētia participat:aliud sapiētia q̄ participatur.et aliud grāmatica/aliud grāmatic⁹,Quare necesse est/ut uel uerbū esse filiū dei/& nō uerbi participē fateat̄,uel si uerbi participē dicit:uerbū nō nominet/sed aperte bellū scripturis indicat.Nā utrūqꝫ simul/& ꝑticeps & ꝑticipatū:respectu suiipsius esse nō potest, Quare nos qui pietatē sequimur/sacram secuti scripturā:uere uerbum dei filium credim⁹,et dicentes eū per participationem uerbi/uerbum:maxime abhorremus,

¶ Thesauri Cyrilli libri septimi/finis.

¶ Eiusdem liber octauus,

¶ Eunomii obiectio ex textu apostoli: ideo et deus eũ exaltauit / & cetera, Ca, I

Ed scribitur apud Paulum / inquit Eunomius. Hoc sentite in uobis fratres: quod & in Christo Ihesu, qui cum esset in forma dei: nõ ra Philip, 2. pinam arbitratus est se esse equalẽ deo, Et paulo post, Ideo et deus eũ exaltauit / et donauit ei nomen quod est super omne nomen, Si ergo exaltatus a deo et glorificatus est / et per gratiam accepit nomen quod est super omne nomen / idq; quãdo humiliauit seipsum: ut humilitatis mercedem accepisse aperte scribatur / non potest esse natura deus aut filius, quippe cũ hec sibi accesserint: quoniã humiliauit seipsum, Et certe qđ exaltatur p do num dei: humile per suã naturã est / et ab inferiorib9 ad superiora ducitur, Et quod dono aliquid accipit: eget ea re quã accipit, Et qui se humiliat ut exaltet / supremũq; nomẽ acquirat: nõ erit talis natura / sed factus est per gratiã. quare nec natura deus poterit esse, ¶ Quenam honoris accessio facta est illi / qui cum in forma dei esset / serui formam accepit? Immo quomodo nõ uidebitur potius exinanitus / qui summa et sublimia sponte dimisit / et ad infima uenit? Deus uerus factus est homo / quã mercedem hinc consecutus est? Vel quomõ glorificatus est / qui a deitatis gloria / in dedecora humana descẽdit? Aut quomodo exaltat9 est / qui a summitate deitatis diuine / in humilitatẽ nostrã deuenit, Nã quẽ profectũ hec humilitas habet? uel quid melius homo factus iuenit: qui optima omnia cũ patre semper habet? Nã si de9 altissimus / & in altissimis habitat: quo ultra altitudinem dei potuit exaltari? Quomodo autẽ et humilis factus est / qui semper in sinu habitat patris? Si hac de causa descendit ab altissimis ut exaltaretur: quid erat opus descensu? altissimus enĩ semper et fuit / et est. Similiter si ideo se humiliauit ut glorificaretur / quid erat opus humiliatiõe illi / qui semper in deitatis gloria est? Stultissimũ dictu (mihi crede) cum labore querere: quod absq; labore habere potes, Quomodo autẽ nomẽ quod est sup omne nomẽ accepit / qui semper in eo ipso nomine adoratus est? semper enim ut deus: a creaturis colitur, Audi scripturã, Deus in nomine tuo saluũ me fac, ps. 53. et adorent nomen tuum domine magnũ, et ante solem permanet nomen ei9. ps. 98. et date gloriam nomini eius, Et isti in curribus et isti in equis / nos autem in no ps. 71. mine dei nostri magnificabimur, Quomodo ergo accepit nomen: quod semper habebat? Sed manifestum uidelicet est: quia uerbũ in pricipio erat, et deus ps. 28. ps. 19. erat uerbũ, et erat semp in principio apud deum. In extremis uero temporib9 Ioan. 1. propter salutem nostram uer9 deus / factus homo uerus: humiliauit seipsum, et ideo dicitur exaltari: non secundum uerbi naturam / sed secundum incarnationis mysterium. Nam cui humilitas congruit: hic exaltari quoq; dicitur conueniẽter. Humana uero natura: res humilis est, ipsa ergo exaltari quoq; intelligitur. Nunquam enim de uerbo dei tale quid in scripturis inuenies: nisi scđm qđ factum est caro / et habitauit in nobis, Si ergo scđm assumptũ hoiem humiliatio facta est: et exaltatio quoq; scđm assumptũ hoiem facta necessario est, Vnde Paul9 ait, Pro nobis introiuit Ihesus nõ in exẽplaria uerorũ: sed i ipsũ Hebre, 9 celũ / ut appareat nũc uultui dei pro nobis, Queadmodũ igitur quis in celis &

coram facie patris/et cū ipso patre semper fuerit/futurusq; sit: tamen pro no bis modo celum ingreditur/et apparet patri/ut homo uidelicet.sic etiam nūc pro nobis exaltatur et glorificatur:et nomen accipit/quod est super omne no men,ut queadmodū in ipso celū ingredimur/et patri coram apparem9: sic in eo quoq; glorificati et exaltati/dii per gratiam efficiamur, Q autē hec ita se habeant: psalmistam audi/saluatoris ascensionē in celos/in spiritu exponētē,
ps.23. Tollite portas principes uestras:et eleuamini porte eternales/et introibit rex glorie, Hic eni sanctis celorum uirtutibus per spiritū sanctū imperatur: ut ingre dienti Christo portas aperiant/qui tamen ut deus/intus in celis semper erat, Non erat igitur opus:sicut deo/sed sicut homini portas celorum aperire, Quare sicut non ut deus sed ut homo/propter nos et pro nobis celos ingreditur/ut nos per seipsum introducat/et hanc uiam nobis aperiat: sic quāuis semper al tissimis ut deus sit/tamē ut homo/propter nos exaltatur/ut in ipso nos quoq; exaltemur.et ita reformaret nos in seipsum:totamq; naturā nostrā ad creato ris imaginē reformaret, Hoc igitur modo/ uniuersa hec et similia que de Chri sto dicūtur/intelligēda sunt, Altissimus/dei filius semper est:ut deus.exalta tur:ut homo, Nullius indiget rei:ut deus/et tamē multa ut homo accipit. Ado rabilis semper/ut deus:et nunc adorari incipit/factus homo, Et qui uita est ut deus:mortuus est ut homo. Sicut igitur mors uerbo dei nō detrahit/sic qui ac
Philip,3, cipit a deo multa ut homo/nihil hec sibi acceptio detrahet, Et ideo Ihes9 Chri stus in gloria dei patris est, homo enim factus/perditos nos adiuenit/attritos restaurauit/& ab errore ad seipsum reuocauit, q̄ omnia tendūt ad gloriā dei patris, Nemo igitur perturbetur:si que conditioni seruorum congruūt/sibi ac cōmodantur, Nā si homo uerus ex misericordia factus est:nō iniuria que hōis sunt uniuersa/preter peccatū/sibi quoq; accōmodantur, Est autē nature hu
1.Cori.4, mane proprium:a deo accipere, quid enim habet quod non accepit? ut scribi tur, Vt homo igitur/per gratiā a deitate accipit:que ut de9 naturaliter habet. Quare a se quoq; ipso ut a deo:ipsemet accipit ut homo, Nā si oīa pater per fi lium facit/& sine filio factū est nihil:necesse est credere/q ipse sibi ipsi exalta tionem dedit/et gratiā patris deificato assumpto tēplo, Recepit etiā a seipso/ prout est uerbū patris: et in serui forma uisus adorabatur/qui hoc cum patre semp habuit. Gratia ergo et exaltatio:ipsi sicut homini accidit, Sed uerbū dei quod hominē assūpsit:q̄ homini accidebāt/sibi accōmodat. Nō est alterius illa caro q̄ filii dei: et ideo filiū dei/hoīem illū predicam9, Vnus eni Christ9 est/de9 uerus et homo uerus.nō quia mutatus sit in aliquid quod nō erat/sed qa tēplū
ps,44, sibi ex uirgine assumpsit, ¶ Preterea.sedes tua (inquit psalmista) in seculū se culi. Et addit, ꝓpterea unxit te deus deus tuus oleo exultatiōis:pre participib9 tuis. Sed uerbū et filius dei regnabat/etiā ante unctionē cū patre, Quō igitur in regē ungitur/& sanctificatur/natura sanct9 & semp regnās? Sicut ergo q̄uis semp rex erat/in ultimis tamē tēporib9 in regē ungitur:sic altissim9 quoq; semp erat/& tamē exaltari dicitur ꝓpter carnē. Exaltatur aūt & ungitur & sanctificatur propter nos: ut per ipsum in oēs hoies gratia pcurrat/ipsi nature hoim data/

et toti generi elargita, Sicut ipse i euãgelio ait, Et ꝓ ipsis ego sãctifico me ipsũ: Ioan,17,
ut ipsi quoq; sanctificati sint, Oia eni que in Christo ut in hoie sũt: in nos quoq;
redundant, Non enim ipse propter seipsum sanctificabatur: ipse namq; sancti
ficans erat, sed ut naturam nostram sanctificaret: et bonorum nostrorum ini-
tium fieret. Ideo ait, Ego sum uia, per quã uidelicet gratia dei ad nos deuenit: Ioan,14,
exaltans/ sanctificans/ glorificans/ et deificans naturam nostram/ in Christo
primo. Et certe cum non homo factus sit deus/ sed deus factus sit homo: & un-
gitur sicut homo/ ut glorificetur & exaltetur: perspicuum est ipsum/ ut homi-
nem/ gratiam accipere. Nam ipse ut deus: spiritum sanctum largitur dicens,
Accipite spiritum sanctum, & tamen accipere dicitur ut homo. Ipse igitur et Ioan.20,
largitur/ & accipit, sed alterum ut deus: alterum ut homo, Ideo dicebat ad pa-
trem: pro ipsis ego sanctifico meipsum, Certe qui seipsum sanctificare potest/
nec id ab alio querit: is sanctificationis ipsius dominus est, Si ergo filius seipsũ
sanctificat: quomodo sanctificante indiget? Si ergo filius sanctificatione nõ in-
diget: non est dubium quin sanctificatio ad indigentem mittetur, Indiget au-
tem natura humana: ipsa igitur sanctificatur, et hoc erat certe quod propter
nos in Christo adimplebatur: ut in ipso humana sanctificaretur natura. ¶ Sed
scriptum est/ inquiunt, dilexisti iusticiam/ & odisti iniquitatem: propterea un- Psal,44,
xit te deus deus tuus, Aperte igitur dicitur/ nisi iusticiam dilexisset & odisset
iniquitatem: non fuisset unctus. Causa enim ipsa exprimitur: & mercedem uir
tutis/ unctionẽ ostẽdit, Q; si ungitur quia iusticiam diligit/ & iniquitatẽ odit:
non natura/ sed dono sanctificatur. Qui autẽ accessione hac indiguit: nõ erat
certe perfectus/ nec perfecto patri omnino similis. ¶ Surge qui dormis: & su-
scitare a mortuis, Non enim id scribitur: ut mutabilis filium dei nature intelli- Ephe,5.
gam⁹/ sicuti hominem nudum, ut uerbi gratia: mutabilis nature pater noster
Adam fuit. Eratq; innatum sibi/ ut posset modo iusticiam diligere & iniquita-
tem odisse: modo contra iniquitatem amplecti/ & iusticiam respuere, Hoc enĩ:
mutabilis nature proprium est. ideo a diabolo quoq; fuit seductus, Verum quo
niam ad repellendum hunc morbum quẽ natura humana in primo patre no-
stro passa est: opus erat/ ut immutabile dei uerbum pro nobis diabolo seipsum
obiiceret/ ut sicut mutabilitate primi hominis uicti sumus: sic per immutabilita
tem uerbi uincamus, propterea ungitur: qui semper & incõmutabiliter iustici
am diligit/ et odit iniquitatem/ neq; id in ipso immutari potest, Quando igi-
tur dicitur: dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem/ propterea unxit te deus: sic
mea quidem sententia recte intelliges, quoniam cetera omnia/ secundum na-
turam mutabilia sunt/ & mutabilia superare diabolum nequeunt: tu uero ut
immutabilis patris incõmutabile uerbum/ semper iusticiam diligis & iniquita
tem odio habes: propterea unxit te deus/ ut in te primo natura humana perfe-
ctam a diabolo uictoriam consequeretur, ¶ Accedit, q, multa huiusmodi de
deo quoq; patre in scripturis dici comperiuntur, Iustus dominus & iusticiam Psal,10,
dilexit, Et odisti omnes qui operantur iniquitatem, Et ego sum domin⁹ qui di Psal,5,
ligo iusticiam: et odi rapinas ex iniquitate. Num igitur si quis magnum esse do Esaie,61.

minum diceret quia iusticiam diligit / et odit iniquitatē: quasi merces deo patri magnitudo daretur / et uirtutis retributio / quia bona diligit / et mala odit? Ipsa certe insania hoc non diceret, Sicut igitur ipsa pie in patre intelligūtur: sic etiā in filio & imagine sua intelligenda sunt, ut que de primitiuo dicūtur: ea de imagine quoq; dicantur,

¶ Qꝫ filius incōmutabilis secūdū naturam est: proposito textu apostoli. Sedet in dextra magnitudinis in excelsis: tāto melior fact⁹ āgelis / & cetera, Cap. II.

Hebre, 1, quia uerbum dei inter creaturas audēt numerare: illud quoq; dicunt cauillantes / quod apud apostolum scribitur, tāto melior angelis factus: et cetera. Nam si melior factus est inquiūt: mutatus ergo in melius est, factus enim est melior: quod non erat, Qui autem aliud fieri potest q̄ sit: is certe natura mutabilis est / quare etiā creatura. Nam mutabilitas: creature proprium est. ¶ Ante omnia quando locum scripture aliquem recte intelligere uolumus: tria diligenter consideranda sunt, tempus quando scriptum est quod dicitur, persona que dicit / uel per quam aut de qua dicitur, et res propter quam aut de qua scribitur, sic enim absq; errore sensum poterimus uerum inuestigare. Cognitione temporis opus esse non dubitamus: audientes apostolos dicere

Math. 24 ad Christum, quando hec erunt? & quod est signum tui aduentus? Hymene⁹

2. Timo. 2 etiam & Alexander ignorantia temporum putarunt iam factam esse omniū resurrectionē, Personarum uero cognitionem Eunuch⁹ necessariam ostēdit:

Actuū, 8 dicēs ad Philippum, Queso domine / de quo propheta loquitur: de se ipso / aut de aliquo alio? Et Paulus uolens saluatoris psonā intelligi: in quem dicūtur hec / inquit, in quo enim hec dicūtur: de alia tribu est. Manifestum est enim quia ex

Hebre, 7 Iuda ortus est dominus. Qꝫ autem rei quoq; noticia necessario requiratur: inde discemus / q, res que de saluatore scribūtur (ut uerbi causa / ecce uirgo in ute

Esaie, 7, ro concipiet. et sicut ouis / duct⁹ ad occisionem) ad neminem sanctorum referri

Esaie, 53, possunt: quare proprie ad Christum referuntur. Cum hec ita se habeant: sic aperte Paulus dicere uidetur. Quando filius dei propter nos factus est homo / quando immūditia peccatorum per ipsum purgata / sedit in dextris magnitudinis in excelsis: tunc melior angelis cognitus est, non quia naturā in aliud mutauerit: uel quia factus sit postea quod prius non erat. Non enim de natura filii modo sermo habetur: sed de ea que tempore incarnationis facta fuit, Ita non angelorum naturam nature filii comparat: sed rerum & administrationum cōparatione inducta / meliorem administrationem filii fuisse affirmat, Sed latius id ipsum aperiam⁹, Ostēdere uoluit ad Hebreos scribens Paulus: q, Christi administratio / & lege que per angelos fuit administrata / et prophetarum admi-

Hebre, 1, nistratione melior fuit. Et a dignitate hoc ipsum demonstrat dicens. Olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime dieb⁹ istis locut⁹ est nobis in filio / quē constituit heredem uniuersorum / per quem fecit et secula, Qui cum sit splendor glorie et figura substātie / portansq; omnia uerbo uirtutis sue / purgationē peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, Maxima igitur gloria filio attributa / et paterne nature propriis illi accōmodatis; infert tanto

meliorem ipsum angelis esse / quanto maius q̃ illi / nomen consecutus est, Filius enim & heres / et splẽdor & character & imago / et in eodem solio sedẽs / et creator: uere dicitur, Q̃ si propter hec longe melior angelis esse cognoscitur: melior ergo est & administratio sua / q̃ administratio angelorum, Quãdo igitur dicitur / effectus est: non significatur hic productio ex nihilo. uerbum enim in Ioan, 1,
principio erat, nec mutatio a minore ad maius, filius enim perfecti patris: perfectus est. Sed in comparatione glorie atq; dignitatis: apparet quod maius et melius est, Queadmodum siquis equo conferat hominem: dicatq; meliorem equo apud se hominem fieri / quia rationalis sit, Nam q, fieri / non semper natu re mutationem significet: patet a multis. Fias inquit mihi in deum protectorẽ, Psal, 30.
Et rursum, factus est michi dominus in refugium. Et alibi, factus est michi do- Psal, 93.
minus in salutem, Administrationis ergo ac glorie / non nature filii & angelo- Psal. 117,
rum comparatio fit, Et certe comparatio melioris apud scripturam / nõ in qua cumq; differentia solum: uerum etiam in immensa / aut secundum naturam / aut secundum dignitatem / aut secundum mẽsuram gratie dicitur, Quantũ
ad mensuram gratie, melior inquit una dies in atriis tuis q̃ mil'e, Nihil enim Psal, 83,
equale inueniri potest celestibus atriis. Et rursus, Accipite doctrinam et non ar Prouer, 8
gentum, Melior enim est sapientia q̃ lapides electi, Et deus apud Esaiam de eu- Esaie, 56.
nuchis dicit, Dabo eis nomen eternum: quod meli⁹ est q̃ filii & filie. Quantum Hebre, 1,
ad naturalem dignitatem / manifeste hic Paulus ostẽdit: quid sibi uelit q, filius Psal, 109,
melior effectus sit angelis. illico enim intulit. Cui enim angelorum dixit un- Psal, 96,
quã: sede a dextris meis? et q, de filio scriptum sit, et adorent eum omnes ãgeli dei, Comparatio ergo de naturalibus dignitatib⁹ hic est / et de honoribus qui nature debentur / q, in eodem solio filius cum patre sedeat / q, etiam ab angelis adoretur. unde nature quoq; proprietas intelligitur: q, non sit creaturis cõnumerabilis filius / sed aliud preter creaturas: deus scilicet uerus / & uerbum patris eternũ ¶ Preterea. fieri & factum esse per se solumq; dictum: multa significat, sed ab antecedẽtibus cõsequẽtibusq; uerbis potestas apparet sua, Aliud enim significat factus: si de homine dicitur / aliud si de architecto aut lapicida, Si ergo Christus melior angelis effectus esse dicitur; comparatio non ad naturam fertur / sed ut ab antecedentibus consequentibusq; percipitur: ad honorẽ atq; dignitatem, ¶ Sed comparationes (inquiunt) in eisdem solent speciebus fieri. Non enim recte quispiam hominem a sino aut oui compararet: sed hominẽ homini / & ouem oui. Quare si filius angelis comparatur: necesse est creatum esse filium / sicut & angelos. ¶ Certe sicut alie comparationes accõmodatius in eadem uersantur specie: sic comparatio melioris de diuersis specie dicitur, Io-
seph pulchrior q̃ fratres sui fuisse dicitur. & stella non dicitur melior q̃ alia stel- Gene, 39.
la: sed excellere in gloria scribitur, Ipse saluator quando ut homo hominibus 1, Cori. 15
comparatur / non dicitur melior: sed speciosus preter filios hominum, At uero Psal, 44.
diuersa specie: melioris comparationem suscipiunt, Melior enim sapientia dici- Prouer, 8
tur q̃ lapides preciosi: nec ulla cõmunitas nature sapientie cum natura lapidis est, Si ergo melius de diuersis specie dictum / cõmodissime dicitur: et ipsam na-

turam nature prestare ostendit, non erit angelis similis filius / nec creatura: ut illi / sed melior illis in infinitum, Diuersitatem ergo nature filii ab angelorũ natura: comparatio hec ostẽdit, ¶ Adde, q, si quoniam melior angelis scribitur filius / ideo eiusdem cum eis speciei erit secundum istos: cogentur confiteri / posse angelos quoq; naturaliter cum patre simul sedere / et cum eo regnare, Nam que speciei eiusdem sunt / q̃uis quibusdam aliis rationibus inter se differãt: eiusdem tamen nature sunt / et eandem possunt cõsequi dignitatem. Quid ergo prohibebit angelos quoq; una sedere cum patre / & simul adorari cum patre / etiam si nondum res ipsa facta sit: sed quantum ad nature prestantiam? Frustra ergo Paulus dicit, Cui enim unquam angelorum dixit, Sede a dextris meis? Quomodo enim id quasi precipuum filio attribuit: si angelorum quoq; nature cõgruit? Naturalia enim eadem sũt in omnibus: que speciei eiusdem sũt / que uero extrinsecus accidunt / quoniam nature non insunt: non eadem in omnibus sunt, Sed omnia eiusdem speciei: susceptiua eorundem sunt. ut hominũ natura quidem una: sed nõ omnes diuites / neq; omnes reges sunt: quamuis & diuitiarum & regni susceptiui sint. Gloriam uero filii / suscipere angeli nequeunt, nam ille natura dominus: hi serui natura sunt. Nulla ergo cõmunitas nature filii ad naturam angelorum est, sed filius creator est / angeli creature: que unius esse nature non possunt, Aliud enim est quod naturaliter facit & creat: et aliud quod fit et creatur, Nam si res ita se non haberet: quid deum a creaturis distingueret? Quoniam ergo uniuersa deus per filium facit / estq; angelorum natura una de uniuersis: per filium etiam ipsa facta est. Quare impossibile omnino est: eiusdem filium nature cũ angelis esse. ¶ Ad hec, omne quod factum ex nihilo est: potest etiã si creator uoluerit / ad nichilũ deuenire. Nam quod natura suscipere potest: non est impossibile. quod uero suscipere non potest: impossibile est. Aliud ergo naturaliter est quod pati potest et ad nichilum redigi: q̃ illud in quo nichil factionis excogitari potest, Et similiter lõge aliud naturaliter est / quod semper immutabiliter est / nec unquam incepit / nec desinet esse: q̃ que ceperunt esse / et possunt non esse, Nec ullus unquam nisi amens: in eadem natura tam longe diuersa collocabit, Si ergo de creaturis tãquam corruptioni subiectis scribitur: ipsi peribunt, de filio autem: tu uero permanes, et ille quidem ueterascent: filii uero anni nũquam deficiẽt / quomodo eiusdem nature cum angelis filius erit: creator cum creaturis / eternus cum illis qui ceperũt esse? Nam etsi angelus immortalis quedam res est / propter uoluntatem et gratiam saluatoris: sed tamẽ quoniam ortum habuit / et esse cepit / occidere quoq; potest / et non esse, Nam que naturis precipue insunt: ea respectu creatoris dei nichil sunt Quare sicut ignis cõbustiuus quidem est / sed non deo: sic et angelus immortalis quidem est / sed non deo, Solus enim deus ꝓprie immortalis est: quia naturaliter id habet. cetera per gratiam: sicut creature, Q2 uero angeli serui sunt natura / filius natura similiter domin⁹: hinc maxime perspicitur, quia nullus potest peccata dimittere / nisi solus deus, Sed filius peccata dimittit, de⁹ ergo naturaliter est / et nõ creatura, Et angeli quidem orant dicentes. Domine

Marginal notes: Hebre, 1 (beside "stra ergo Paulus dicit"); ps, 101 (beside "eadem natura tam longe"); Math, 9 (beside "nullus potest peccata"); zacha, 1 (beside "ergo naturaliter est").

omnipotens/usq; quo non misereberis Hierusalem? filius uero ut dominus/sūma cū potestate dicit,dimittūtur tibi peccata tua, Quomodo ergo natura dominus/naturaliter seruienti: et largiēti naturaliter/orans aliquid accipere/eiusdem erit nature? Presertim cum ad dandam legem angeli ministrarint: neq; unquam inuenientur potestate propria quicq̄ fecisse/ut filius. Perspicuum igitur est ut tetigimus: non ad naturam angelorum & uerbi/comparationem illam accōmodari, incomparabilis enim deitas est, sed differentie administrationum conferuntur. ut ab administrationum differentia: quantus sit administrator percipiatur. maiora enim negocia maioribus committuntur, Q autē administratio administrationi conferatur: inde perspicuum erit, Cum uoluisset Paulus legalibus mandatis longe meliora euangelica demonstrare: administratores considerauit. & ex differentiis ipsorū administratorum: negociorum differentiam ostendit, Angeli ergo legem administrarunt, per eos enim dictitata est, filius uero: euāgelium predicauit, Sed melior (dicit apostolus) angelis filius est, quare meliora maioraq; administrauit. Nemo enim ignorat: parua paruis/et magna magnis committi, Magnus autem filius est: quia splendor et character patris/et quia ad ipsum a patre dicitur. sede a dextris meis. et quia unigenitus/et ab ipsis etiam angelis adoratus. angeli uero parui sunt: quia ministrantes spiritus sunt/et quia ut serui adorant. Longe igitur melior saluatoris administratio euangelica est: q̄ legalis angelorum fuerit, quia hec per filium administrata: illa per angelos. tāto igitur (inquit) melior/administrator uidelicet effectus est q̄ angeli: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Ita prima comparatio: administrationes respicit/ut diximus. secunda/qua excellentius nomine angelorum nomen filii dicitur: essentiam demōstrat/que non potest esse alia filii & alia patris, Q autem prima comparatio/quando dicitur melior effectus angelis/ad ipsas fertur administrationes: ab ipso Paulo discemus. Si eni inquit qui per āgelos dict⁹ est sermo: fact⁹ est firmus, & si omnis preuaricatio & inobedientia accepit iustam retributionem mercedis: quomodo nos effugiemus/si tantam neglexerimus salutē? que cum initium accepisset enarrari per dominum: ab eis qui audierunt/in nos confirmata est, Et rursus, Irritam quis legem Mosi faciens: sine ulla miseratione in duobus uel tribus testibus moritur. quanto magis putatis eum deteriora mereri supplicia: qui filium dei conculcauerit? Atqui si quoniam effectus melior angelis dicitur/eiusdem sit nature cum ipsis: idq; ideo/quoniam soleant comparationes in similibus fieri: cur magis plectitur qui filium dei calcat/q̄ qui legem per āgelos latam asper natur? cum oporteat certe eandem afferre omnibus penam: qui similibus in rebus peccarunt, Secundum enim differentiam eorum qui iniuriam passi sunt: punitionis mensura iure consideratur, Non est ergo eiusdem nature filius cum angelis/quem qui spernit: longe magis peccat/q̄ si angelos sperneret, quod ex penarum differentia Paulus docuit, ¶ Sed acerbius (inquiunt) punitur qui peccauit in filium: angelis iam effectum meliorem, Ita autem: non penitus alienum ab angelorum natura ostendit, Ideo enim penarum differentia est: quia

Luce,7,
ps,109.
Hebre.1,
Hebre.2.
Hebre.10
Cauillus hereticorum

filius melior angelis factus iam est. ❡ Non ideo certe magis plectitur in filium peccās q̄ legē / quia melior effect⁹ āgelis iam filius est: sed quia essētialiter aliud est filius / aliud angeli. Ille enim deus est uerus: isti a nichilo producti & creature, Deinde differetia penarum in lege: non authorem legis / sed res in quibus peccatur respicit, Vnde uidemus quātum excellat filius cetera omnia: cū multo magis puniatur qui pecat in eum / q̄ qui legem ipsam Mosi per angelos datā contēpserit. Sed illud minime pretereundum michi uidetur: q, hec administrationum comparatio: melioris uirtutem explanat, Hinc enim discimus: quomodo et quantum melior angelis filius est. Non angeli quidem legem edixerunt: nec aliquid per legem perfecerūt, Filius uero: patris opus perfecit, nam qui mādata eius sequitur: perfectus in pietate est, Deinde mors tempore quoq; legis regnauit, destructa uero p Christū est, Nō enim in Adam iam morimur: sed in Christo uiuificamur, ❡ Ad hec, legalia precepta in sola Iudea ualuerunt: & erat ibi solum cognit⁹ deus, Nunc autem in omnem terram exiuit sonus eo⁊ /
Ioan, 6, factiq; sunt omnes docibiles: non angelorum / sed dei, Nam quis etiam lex dei est: per angelos tamen data fuit, In euangelio uero ipse filius presens loquitur, Quare secundum Pauli uerba quanto excellentiorem habuit administrationem et quanto melius condidit testamētum: tanto prestantior angelis est. Non quia secundum naturam angelis possit conferri: sed quia tantum excellat secūdum essentiam / quantum deus creaturas excedit, Comparatio ergo qua melior angelis dicitur / in administrationibus facta: ostendit q, quanto maior et altior filii q̄ angelorum administratio inuenitur: tantum super creaturarum naturam filius exaltatur, Angelis enim sicuti seruis: minora cōmittuntur. filio au
Roma, 8, tem: ea que dominum decent, Vnde Paulus ipse scribit, qm̄ quod impossibile legi erat / in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati / & de peccato damnauit peccatum in carne: ut iustificatio legis impleretur in nobis / qui non secundum carnem ambulam⁹ sed secundū spiritum, Q̄ si lex non potuit peccatum in carne condemnare / cōdemnauit autem Christ⁹ peccatum in carne / quia sancti spiritus effecit eam susceptibilē ut possimus iam dicere / non sumus in carne sed in spiritu: profecto etiā in hoc melior angelis per quos lex edita est Christ⁹ inuenitur, Et rursum, omnes sub
Ioan, 3, lege cōdemnabantur propter peccatū, Filius autem uenit non ut iudicaret aut damnaret mundum: sed ut saluaret mundum, neq; ut rationem peccatorum exigeret: sed ut peccatorum remissionem omnibus largiretur, Melior autem est qui iustificat: q̄ qui cōdemnat, melior qui largitur: q̄ qui exigit, melior qui peccatum in carne damnauit: q̄ lex que id facere non potuit, Quare in bis etiā melior filius angelis est: qui legem imbecillem et condemnātem condiderunt. Nam si eiusdem nature filius cum angelis secūdum istos inuenitur: cur nec angeli a patre filii appellantur / nec filius angelus / nisi per similitudinem? Nulli enī
Psal, 2. angelorum dixit unq̄. filius meus es tu. Cur etiam ipsi non sedent a dextris pa-
Math, 5, tris: sicut et filius / sed assistunt ei quasi ministri? Cur angeli non imperant: sicu
Danie, 9. ti filius? Nec ullus eorum inuenitur unq̄ dixisse, Ego dico uobis, sed ego miss⁹

sum (inquiũt) loqui ad te. Et angeli quidem ministrãt: filio uero ministratur, Ec Danie,9
ce angeli ueniebant inquit: et ministrabant ei, Ille creator est: isti creati per ip= Math.4,
sum, ille adoratur: isti adorant. Illis mandatur: ut portas celorum tollant, iste Psal,23,
ut dominus uirtutum et ut rex glorie ingreditur, Illi uita participant: a deo sibi
largita. Iste uite largitor est: immo autem uita omnibus ipse est, Ille magna uo Ioan,10,
ce clamat. Ego et pater unum sumus, Et qui me uidet: is patrem etiam uidet, Ioan,14,
Et omnia patris mea sunt, Et ego sum lux mundi, ego sum resurrectio. ego sũ Ioan,16,
uita. Isti / tales emittere uoces nec audent nec debẽt. Et in filii nomine si orem9: Ioan,11,
erunt nobis quecunq; petemus, In angelorum uero nomine: nullus orat, Et fi=
lio quidem: gloria una cum patre debetur, Angelis autem: nulla debetur, ipsi
enim filium una cum patre glorificant, Quomodo igitur cum tãta immo im=
mensa inter angelos et filium differentia inueniatur: eiusdem esse conditionis
contra omnem rationem / hoc est creaturam: filium quoq; sicuti angelos / irra=
tionabiliter quispiam credet? Immensa enim dignitatum diuersitas: nature dif
ferentiam apprime ostendit, Nam fieri et factum esse / de patre quoq; similiter
id est nõ essentialiter dicitur, fias michi (psalmista inquit) in deum protectorẽ, Psal,30,
Et alibi, factus est michi in salutem, Q si de filio hec dicta contendant: necesse Psal,117,
est nolint uelint ue / cõfiteant / non esse possibile eiusdem esse nature cum crea
turis illum: qui ad salutem sanctorum uirorum ab ipsis inuocatur / tanq̃ refugi
um omnium atq; protectio, hec enim soli deo conueniunt, Quare patet q̃ fie=
ri et factum esse / nõ semper productionẽ a nichilo ad esse significat: neq; sem
per de substantia dicitur. Efficiamini enim misericordes inquit: sicut et pater Luce,6,
uester misericors est, Illis enim qui erant / precepit ut fiãt misericordes. Plerũq;
igitur nõ essendi notatur initium per huiusmodi uerba: sed mutatio aliqua rei
aut relationis. ut si quod dextrum est: nulla sui mutatiõe factum sinistrum sit.
Quare nulla nos ratio coget: huiusmodi uerba quando de filio dei dicuntur /
quasi substantie significatiua accipere,

¶ Thesauri Cyrilli libri octaui / finis,

¶ Eiusdem liber nonus.

¶ Q natum esse & factum esse / indifferenter nonnũq̃ in sacra scriptura in=
ueniuntur, Cap, I.

N Ihil possunt uerba rebus derogare: quãdo scriptura ipsis abutitur, Nam etiam de filiis hominũ propriis: seruitutis uocabulũ dicitur, Et facti filii / non nati: plerumq; dicuntur, Neq; propter hoc ta= men naturaliter filios esse quisq̃ negauerit, Nature enim rerũ uer= ba: non uerbis naturas accõmodamus, Quando igitur de uerbo et filio dei qui eternaliter de patre nascitur / aliquid huiusmodi reperitur: impium est ineffa= bilem generationẽ eius negare, cum possumus uocabulum aut de incarnatio= ne intelligere: aut indifferenter / abusiueq; capere, Bersabee Salomonem / ser= uum ipsius Dauid appellabat: dicens ad ipsum / seruum tuum Salomonem. Et 3,Reg.1,
ipsi patres plerumq; ut filios suos seruos uocãt: ita et seruos honorãtes / filios no
minant / nec uocabula naturam permutant. Q autem nati quoq; / facti dicũ=

4,Re.20 tur:audi Ezechiam/ab hodierno die inquit: filios faciam,Si ergo de hominibus
sic loquitur plerumq; scriptura ut uerbis abutatur/neq; idcirco rerum natura
leditur:necessarium certe est multo magis in diuinis abuti. Non est enim possi
bile:increate nature/uerba sumpta de creaturis proprie accōmodare,Nec ue=
ritas ullo modo leditur: cum res ipsa recte intelligatur, Nam filii uocabulum:
genitum natumq; ex patre significat,creatura uero:ad extra productū, Qui
bus ita intellectis/ quomō uere creatura erit; qui ex patre ita est / ut sit unū cū
Ioan,10, eo? qui uirtus et sapientia patris est / qui uidetur in patre et pater in ipso: cum
Ioan,14, sit imago eius uera/et character incommutabilis, qui habet omnia que patris
Math.3, sunt.Qui dilectus filius a patre uocatur, Cui dicitur a deo patre:ego hodie ge
Psal.2. nui te,et per quem omnia facta sunt,¶Ad hec,sapientissimus quoq; Salomō
Eccēs,12, omnem(inquit)creaturam deus in iudicium ducet, Si ergo filius etiam creatu=
ra est;ipse quoq; in iudicium adducetur.Et quomodo uere dicet de se/quia pa
Ioan,5. ter neminem iudicat;sed omne iudicium dedit filio? Aut quomodo non menti
Danie,7 etur Daniel:dicēs ipsi datū esse iudiciū? ipse enim uentur9 est iudicare uiuos et
mortuos.Non potest ergo creatura esse qui omnes iudicat; et a nullo iudicat.
Hebre.3 ¶De eodem:q, uidelicet filius creatura non sit,proposito textu apostoli. Cō=
siderate apostolum et pontificem confessionis Ihesum Christum:qui fidelis est
ei qui fecit ipsum. Cap.II,

n On de natura uerbi sed de incarnatione: uerba hec Paulus scripsit.
Quando enim pontifex incarnationis nostre factus est? quando apo
stolus? quando fidelis illi qui fecit eum? Tunc uidelicet:quando pro no
Ioan,1, bis factus est homo,et ut Ioannes scribit:quādo uerbum caro factū est. Tūc enī
ut homo/fidelis creatori suo fuit: quia opus sibi commissum fideliter perfecit/
Ioan,17, et omnia recte consumauit/sicut ab eo ipso dicitur, Tunc etiam apostol9 fuit:
pro nobis ad nos missus. tunc confessionis nostre factus est pontifex:confessio
nem fidei nostre patri adducens / & proprium corpus quasi hostiam offerens
immaculatā:ut per seipsum/totum genus humanum mūdaret.Si ergo de filio
scribitur q, factus est fidelis/factus est apostolus/factus est pontifex:non ad es=
sentiam ipsius filii uerba transferas/sed rerum qualitatem considera. Nam &
Paulus homo antea erat:q̄ factus apostolus sit.Et Moses similiter antea fuit: q̄
factus esset filius in tota domo dei, Aaron etiam factus est pontifex: qui salua=
torem in seipso figurauit,Nam queadmodum Aaron non natus pōtifex fuit /
Exodi,28 sed multis annis postea factus:talarem indutus uestem/et superhumerale/ ce=
teraq; pontificalis uestis ornamenta que mulierum erant opera/sibi circūposu
it. eodem modo uerbū erat in principio/et erat deus una cum patre: sed mul=
tis annis postea pro nobis factus est pontifex / talarem uestem hoc est templū
ex muliere assumens,Et ut proprio sanguine populum mundaret:seipsum ob
Esaie,53. tulit deo quasi agnum immaculatum,Peccatum enim non fecit;neq; inuentus
est dolus in ore eius, Fidelis ergo pontifex tanq̄ uerus/ cōstans et immutabilis:
saluator iure potest appellari,Vnam enim pro uniuersis hostiam obtulit / unā
et eandem semper;que nunq̄ mutabitur, Semel enim pro nobis mortuus est:

nō uidebit unq̄ in posterum mortem , Apostolus etiam quibusdam scribit de Roma,6
patre, Fidelis est deus / per quem uocati estis in societatem filii eius / Ihesu Chri 1,Cori,1,
sti domini nostri. Et Petrus similiter, Ideo ii qui patiuntur: fideli creatori com= 1,Petri,4
mēdēt aīas suas. Et Paul9 ad Thessalonicēses. Fidelis est q̄ nos uocauit. et si nos 1.Thess,5
increduli erim9 ; ille fidelis pmanet, Nō eni potest negare seipsum, fidelis igit̄ 2.Timo.2
Christus etiā similiter / quia hō quoq; factus idē ipse pmansit: heri / & hodie / & Hebre.13
in secula, eodeq; modo fidelis: sicut et pater apud scripturā dicit̄ fidelis.

¶ Q. filius non est creatura, proposito textu actuū . sciat igitur omnis dom9 israel: q̄a dn̄m ipsū & Christū fecit de9 hūc Ihesū quē uos crucifixistis. Cap, III

Ic quoq; fecisse uerbū: non ad ipsam dei filii essentiam referēdum est,
h Nam aut de templo quod de uirgine et spiritu sancto factū assumpsit:
dicit̄ / aut de ipso filio dei: sic ut eū coeternū patri / factū postea hoiem immutabiliter significet, Vt si quis pauper antea / modo fact9 sit diues , sic eni factū esse nō essendi principiū notat: sed traductionē in aliā rē significat , Hic igitur querendū quomodo deus Ihesum fecit et dominū et Christū , Dicimus igitur q̄ uerbū et filius dei erat semper: ut est oim domin9. In serui autē forma factus: unctus dicit̄ / quoniā id homini cōuenit. et in potestatem dominādi: ut homo / similiter ascendit, Hominē eni assumpsit: non ut liberā deitatis naturā in formā serui submergeret / neq; ut deitatis dignitate suppressa: in proprietate nostra teneretur, sed ut seruitutē nostrā in dominādi honorē extolleret: et dedecus nostrū ad nobilitatē suā traduceret, Ideo fratres Christi uocamur et filii dei: gratia dn̄i nostri Ihesu Christi, Quādo ergo dicitur q̄ dn̄m ipsum et Christū deus fecit: deū aut ꝑ tota trinitate accipias, aut si ad patrē referas: nec sic uerbū patris ea operatione priuabis. Filii enim sunt opera: que patris opera sunt, Ideo ipse saluator ait , Ego a me nihil facio: sed pater q̄ ī me manet / ipse Ioan,8,
opera facit. Tunc igitur & dn̄s & Christus fit: quādo homo factus & Ihesus & Ioan,14,
seruus uocatus est. Et aduerte q̄ mirū in modū nō dicitur solū / q̄ dn̄m & Christum ipsū fecit: sed additur / hūc Ihesum quem uos crucifixistis, Nec dicitur / q̄ fecit eū filiū aut uerbū: sed dn̄m & Christū, quod nō essendi principiū: sed inductionē quādā in aliud (ut diximus) significat. Aut etiā hic fecit / pro declarauit uel ostēdit: intelligēdū. ut ipse Petrus alibi, Ihesum Nazarenū uirū declara Actuū,2,
tū a deo in nos uirtutib9 / & ꝓdigiis / et signis: sicut etiā ipsi scitis, Ostendit̄ eni et declarat̄ q̄ ipse sit Christ9 / ꝑ oia: tum ea que ipse fecit / tū ea que credētes in ipsum fecerūt ꝑ spiritū sanctū. Ideo Iudeis Christ9 dicebat, Si mihi nō creditis Roma,10
credite operib9: ut cognoscatis quia ego in patre / et pater in me est. Et rursū, Si ego non facio patris mei opera: non credatis mihi. Si ergo quia potest patris opera facere / & q̄a patrē in se habet & ipe similiter est ī pr̄e / de9 uer9 declarat̄ & demōstrat̄: ī hoc fact9 est credētiū dn̄s / & manifestat9 q̄ ipse est Christ9 , Si uero a deo fact9 eē dn̄s dicit̄: etiā id ꝓbe se habet, Per opa eni p̄ris / uer9 fili9 cognoscit̄: & dn̄atur ī eos q̄ oli nō credebāt. Ita p̄ris testimonio de9 cognoscit̄ / et dn̄atur credētib9, nō quia tūc cepit dn̄s esse: semper enim deus & domin9 est, sed quia quando nos in eū credidim9: tūc et deū & dn̄m nr̄m esse cognouim9.

Gene,18, Q autem filius dei semper et rex et domin9 erat:inde cognosces/q. Abrahã
Exodi,3, dominũ eũ appellãs adorabat,et Moses similiter,et pluit dominus a dño ignẽ
Gene.19. et sulphur,et dixit dñs dño meo:sede a dextris meis. Rursum apud psalmistã.
ps,109, Et soliũ tuũ de9 in seculũ seculi,ꝓpterea unxit te.uirga rectitudinis/uirga re
ps,44, gni tui. Et regnũ tuũ / regnũ oim seculoꝝ. Si ergo etiã ãte incarnationẽ et rex
ps,144, et dñs erat filius dei:quomodo non erit impius/qui ad essentiam eius uerbum
fecit/refert? Credẽdũ igit:semp filiũ dei dñm esse.sed tunc credẽtiũ ꝓprie factum esse dñm:quãdo suo sanguine oibus redẽptis/Christ9 dñs declarat9 est, Nã si de hoie quoq; aliquo dicere/alicui9 rei factũ ipsum dñm esse: quis adeo insaniret/ut tũc factũ illum hominẽ putaret/ac initiũ essendi habuisse;quãdo dñs factus est? Nõ eni tũc ipse hõ fact9 est:sed tũc dñs factus est, Nos igitur olĩ diis falsis seruiẽtes: corruptioni atq; dedecori eramus subiecti, sed dei fili9 fact9 hõ/ab errrore nos reuocauit:et ad seruitutẽ suã reduxit/fact9 dñs noster. unxit autẽ ipsum pater:ut per ipsum uirtus ungentis ad nos usq; perueniret, In primo eni Christo natura humana reparata est / et diuinarũ grãrũ dona q̃ nobis cõcessa sunt in ipso et ꝑ ipsum ut hominẽ:sunt et ab ipso ut deo, de9 eni fuit in carne, Q autẽ fieri & effici nõ semp essendi pricipiũ significat:psalmi-
ps,30, stam audi,fias mihi in deũ protectorẽ/inquit,Et rursum, Factus est dñs refu-
ps,9, gium pauperi, Nemo eni dicet tunc cepisse deũ esse:quãdo pauperi factus refugiũ est. Sed eũ semp fuisse:etiã anteq̃ factus est psalmistę et refugiũ et protectio, Quemadmodũ ergo quod semper est:id rursus fit petenti atq; orãti/sic etiam Christus cum sit deus:rex etiã et dominus semper est, factus autem etiã nobis deus protector/et dominus tunc est: quando diaboli reiecta tyrannide
ps,42, clamamus ad patrem, Emitte lucem tuã et ueritatem tuam,

¶ De eodem, proposito textu, de die et hora illa null9 nouit/nec angeli celorum/neq; filius:nisi pater solus. Cap,IIII.

Ed quomodo (inquiunt) eiusdẽ cũ patre fili9 erit substãtie? cũ fateatur
Marci,13. S nescire se diem ultimũ/patrẽ autẽ scire. Magna eni hinc nature filii ad naturã patris differẽtia emergit, ¶ Mirũ est q. per ipsũ uniuersa/tpa quoq; ac secula facta esse fateamini:deide quasi obliti / unũ ab eo ignorari diẽ contenditis, Quomõ eni ignorare poterit ea que ipse fecit? Et certe si diligẽti9 examinatis que ad discipulos dicit:facile inde ꝓspicere poteritis ultimũ quoq; diem et horam ut deum non ignorare. Omnia enim que diem ultimum prece
Marci,13. dũt:discipulis suis narrabat dicens, hoc et hoc erit, Et tãdem addit: q. consumatio et finis erit. finis autẽ seculi quid aliud est q̃ ultim9 dies? Eã ignorare dispensando dixit:ut homini quẽ assũpsit cõgruẽtia diceret. Homis eni nature propriũ est:ignorare futura, Necessariũ igit est ad intelligẽdas recte scripturas:tẽpora cõsiderare in quib9 dicta sunt q̃ scribũtur, Sic eni facile poterimus errores euitare: presertim in uerbis saluatoris. Si ergo ante icarnationẽ hũile aliquid dei fili9 dixisse inuenire:rõcinari quispiã uerisimiliter forsan posset/ de deitate ipsi9 uerba fieri, Sin uero quãdo caro fact9 est/hũano more loquit/ ut uere se hominẽ factũ ostendat; incõueniens est deitati sue accõmodare illa

que ipse homo protulit, Quod certe nemo facit: qui dispensationis suscipit modum, Nam si homo factus nõ sit: cũcta ut deus loquatur. Sin autem factus est homo: cõcedat ut more hominũ etiã loquat, Nec eni ulla ppter dispẽsationẽ incarnationis/deitati potest fieri iniuria: si pie cũcta intelligũtur, quod a Paulo dictũ sic est. captiuantes omnẽ intellectũ in obedientiã Christi. Vt ergo proprium hominis est/futura ignorare: sic uerbi dei inqtum uerbũ est / apprime propriũ est: ut omnium que per ipsum facta sunt/et pricipia et ultimos terminos cognoscat, creaturarum uero una/tempus est, Quare fili⁹ dei qui tẽpus quoq; fecit: non potest ignorare quousq; duraturum sit, Ipse certe ad patrem dixit, Pater uenit hora: glorifica tuũ filiũ. Si ergo exacte horam ipsam sciebat quã iam aduenisse dicebat: quid prohibet eum ultimã quoq; diẽ scire ut deus/quam ignorare se ut hominẽ ait/ut cõuenientia nostre nature saluaret: Non oportet igitur propter hanc uocem/ignorationem diei uerbo inurere: sed potius misericordiam eius admirari/q, nõ recusauerit ppter nos ad tantam humilitatem descendere: ut omnia nostra et ipsam etiam ignorantiam humanã susciperet. Quã eni ob rem angelos quidem et filium nominauit saluator: spiritus uero sancti nullam fecit mentionem: Non enim dicit spiritũ sanctũ ignorare: sed angelos et filiũ; Nec filium dei dicit: sed filium solũmodo, Perspicuũ igitur est angelos ipsum dixisse: quia ignorant ut creature, Cum autem discipulis id patefacere noluisset/ratione quadam occulta (quis enim nouit mentẽ domini) ne merorem illis efficeret: filium etiam ignorare ait / de seipso ut hoie loquens: nec sibi derogãs ut deo, scit eni ut deus: quod ut homo ignorat, Idcirco non addidit: q, spiritus sanctus etiam ignoraret. Spiritus enim oia scit: ipsa etiam profunda dei, ut scribitur, Q𝔷 si spiritus sanctus non ignorat: quia a filio accipit (ille namq; inquit de meo accipiet) quomodo filius ignorabit: qui oia scientis spiritus est largitor: ¶ Preterea, si pater omnia per filiũ operatur (nihil enim sine ipso factũ est) unum autẽ ex omnibus est diei et hore illius determinatio/in qua mũdi huius termin⁹ erit: determinata certe res quoq; ista per filium est, Quod uero per ipsum determinatũ est: quomodo id ignorare põt: Sed ignorat uidelicet/ut homo: qđ ut de⁹ optime nouit, ¶ Ad hec, oia patris: filii sunt/ut ipse ait, sed pater cognitionẽ illi⁹ diei atq; hore habet, ergo etiã filius, ¶ Adde, q, si uere ab eo dicit, ego in patre et pater in me est: nõ pater aliquid scire potest qđ fili⁹ ignoret. Imago eni pris incõmutabilis/fili⁹ est: et character perfectissim⁹. Si ergo aliquid ignorat qđ pater scit/quõ character & uera imago pris est: ¶ Accidit, q, ipe nouit patrẽ: ut scribit. Quid ergo phibet: ultimũ huius mundi etiã diẽ & horã scire: nisi forsan dicerent: magis esse hãc diẽ & horã scire/q̃ patrẽ cognoscere/qđ impiũ est. Si uero cognitio pris omnẽ cognitionẽ excedat: quõ q maxia nouit/hoc minimũ ignorabit: Q𝔷 aũt ignorationem ultime diei atq; hore sibi nõ ut deo sed ut homini attribuit: facile intelliget/qui aduertet quomodo quasi historie/mentionẽ hominum fecit illorum qui erant in temporibus Noe, Cũq; dixisset: comedebant et bibebant/et nubebant uiris et ducebãt uxores: quousq; uenit diluuium/et abstulit omnes.

Marginal references (right margin, top to bottom): 2.Cori.10 · Ioan.12 · 1.Cori.2 · Ioan.19 · Ioan.16 · Ioan.14 · Ioan.10 · Math.24

statim addidit, Vigilate igitur uos: quia nescitis qua hora domin⁹ uester uētu
Luce.12. rus est. Et rursum. Qua nō putatis hora filius hois ueniet. Oportebat autem si
ut deus ignoraret: hoc modo dicere, Nescio qua die uēturus sum: quia qua ho
ra nō arbitror potero mitti, Verū qm̄ auditores uigilare hortatur qm̄ nesciāt
quādo ipse uēturus est: patet quia ipse ut deus scit/ignorat autē inquātū serui
formā assumpsit. ¶ Aduertere uero diligēter debem⁹/ q. dies Noe diebus ad
uentus contulit sui: quādo iudicaturus orbē terrarū uenturus est, sed diem di=
luuii non ignorauit. ipse enim est: aut si uis pater per ipsum qui dixit Noe, In=
Gene.7. gredere tu et filii tui in arcā, Ego eni post dies septem inducā pluuiā in terrā,
Ergo nec diem sui aduentus ignorat, Sic enim temporum atq; rerum similitu
do conseruabitur. ¶ Sed interrogandi heretici sunt: quid facient quando sal
uator dicit̄ esuriisse/sitiisse/laborasse ex itinere/ dormiisse igress⁹ in scaphā,
Audebunt ne dicere uerbū dei hec esse perpessum: an hec humanitati sue at
tribuēt/et uerbū dei ab istis liberabūt? Sicut ergo uoluit tāq̄ homo fame ac si
ti ceterisq; huiusmodi laborare: sic etiā ut homo diem illū ignorat. Aliquādo
eni ut de⁹/aliquādo ut homo loquitur: ut et deū et hominē se uerū ostendat,
ut deus dixit ad discipulos. Lazarus amicus noster dormit. cū nullus ei nuncia=
Ioan.11. asset, ut homo: cum ad sorores Lazari lōgo peracto itinere peruenisset/inter=
rogabat ubi posuistis eum? qui longe absens mortuū esse sciebat: quō iam pre
sens locū ignorabat ubi corpus Lazari erat? Nō eni est uerisimile illud eū sci=
uisse et hoc ignorasse/sed utrūq; ut deus sciuit et utrūq; ut hō ignorauit. Ita
igitur diē illū etiā & horā et ignorat et scit: alterū ut homo/alterū ut deus, Si=
militer cū esset in partib⁹ cesaree Philippi: ut homo discipulos iterrogabat di=
Math.16. cēs, Quem dicunt homines esse filiū hois? Cūq; petrus respōdisset. tu es Chri=
stus filius dei uiui: statim ipse intulit, Beatus es Simō bariona: quia caro et san=
Math.11. guis non reuelauit tibi/sed pater meus qui est in celis. Nullus eni nouit filiū ni
si pater: ut scribitur. et qm̄ per filiū pater oia facit/ estq; unum ex omnib⁹ etiā
reuelatio: ipse quoq; fili⁹ reuelasse petro inuenit̄, Quō igit̄ q reuelauit/quasi
ignorās iterrogat: quē me dicūt hoies? sed perspicuū est ut deū nō ignorasse,
quasi ignorās ut homo: dispensatiue interrogabat/nō ignorans quid discipuli
responsuri essent: ut respōsiōe ipsoꝝ approbata/fidē apte stabiliret, Similiter
igit̄ diē ac horā aduēt⁹ sui inq̄tū uerbū & sapia dei est/nō ignorat, sed ne dolo
rem teneris adhuc discipulis faceret/desiderātibus illud scire/uere se dixit ut
hoīem ignorare. Infirmitates enim nr̄as oēs accepit/hac de causa ignorasse se
dixit, quod inde patet, Nā post resurrectionē cū iam ascendere in celos uellet:
Actuū.1. interrogatus de rebus futuris/acerbius respōdit dicēs. Non est uestrū cogno=
scere tempora et momenta: que pater posuit in potestate sua, Quod si (ut he=
retici dicunt) penitus ignorasset: non ita certe respondisset/ sed iam dixi uo=
bis me nescire: dixisset, Nunc autem non ita: sed quasi irrationabiliter interro
gātes redarguit/et dehortatur ab inquisitione maiorū rerū q̄ ad eos ptineat,
Hinc igitur patet / tunc ut hominē ignorare se dixisse diē et horā illam: quo=
niam maior erat illius rei cognitio q̄ discipuli tūc capere potuissent. Sed respō=

deant queso, quãdo deus in paradiso Adam patrem nostrum uocabat dicẽs. Gene,3.
Adam Adam ubi es? et quando Cain interrogabat, Vbi est Abel frater tuus? Gene,4.
quid dicent? Nam si ignorãtem deum interrogasse affirmabũt:manifesta impietate tenebuntur, Si autem dispensationis modo quodam sic interrogasse deum dicent:cur mirantur si filius quoq; dei per quem etiam tunc facta interrogatio est/utiliter dispẽsans ignorare se dicit horam illam ut homo:quis uniuersa sciat ut sapientia patris? Q᷑ autem dispensatiue solebat ignorationem sibi attribuere saluator:manifeste ab ipso euãgelista in alio loco dicitur, Nam quando miraculose multiplicatis panibus sequentes se uoluit alere:ut ignorãs interrogabat, Quot panes habetis? Sed addidit euangelista, hoc autem dicebat:tentans Philippum. Ipse enim sciebat quid facturus esset, Si ergo q̃uis sciret quid facturus esset/tamen quasi ignorans interrogabat:quid etiam nunc prohibet utiliter dispensandi gratia dixisse ipsum putare/q. diem et horam illam ignoraret? Presertim cum uere ab eo dicatur ut ab homine. fratribus eni in omnibus similis fuit:secũdum Paulum. ¶ Sed omnia (inquiũt) pater scit, filius uero non omnia:ut ipse testatur, Pater enim diem illum et horam scit:filius autem ignorat, hoc enim modo perpulchre demonstratur/non eiusdem esse nature patrem qui omnia scit:filio qui nõ omnia scit. ¶ Necesse igitur erit credere/ diuinas mentiri scripturas:que de ipso predicãt, Qui nouit omnia ante generationem ipsorum, In omnibus enim:etiam ille dies cõnumeratur, Quomodo igitur omnia nouit:si illum diem ignorat? Sed scriptura non mentitur: dicens oia scire filiũ, Frustra igitur uos contenditis:diem illũ ab eo quasi a deo deiq; filio ignorari, Nec in mentem uenire uobis potest/quoniam ut deum & filium dei dixisse id affirmatis:sic quoq; posse cõuenienter intelligi / si dicatur ideo nescire: quoniam inde naturaliter sciẽtiam omnium habet/unde ipsum etiam esse habet, Ignorare autem ut uos dicitis quomodo potest:nisi nihil penitus ex futuris scire ipsum audebitis confirmare? Nã si antecedentes dies ante ultimum diem scit:non potest certe illum ignorare. Simile enim erit si quis diceret ignorari ab eo denarium numerum:qui nouẽ optime nouit, Nam qui nouẽ nouit:unitatem nouit, quare decẽ etiã numerũ optime nouit, Christus autẽ antecedẽtia ultimũ diẽ signa predixit, quõ igiť ignorauit post illa futurum finẽ? Vndiq; igiť ueritas elucet/ꝑspicuũq; factũ est uniuersa sciri a filio dei; nõ minus q̃ a patre/ quãuis dispẽsatiue ut homo se multa ignorare dicat.

Ioan,6. (margin)
Hebre,2. Cauillus heretico rum. (margin)
Ecci,23. (margin)
Math,24. (margin)

¶ Libri noni/Thesauri Cyrilli/finis.

¶ Eiusdem liber decimus.

¶ De eodẽ:id est de cõsubstãtialitate filii et patris, ꝓposito textu. q. pr̃ diligit filiũ:et oia dedit in manu eius, et q. oia mihi tradita sunt a patre. et q. non possum ego a me facere quicq̃:sed sicut audio iudico, cęterisq; huiusmodi, Cap. I

Sed quomodo (inquiunt) similis patri filius erit:qui aperte ait oia se a pr̃e accepisse? Nã si a seipso haberet:nõ accepisset. Q᷑m uero se accepisse uere ait:certe nõ habebat a seipo. ¶ Quid facietis o uos: cũ audieritis ipsũ dicere, oia que habet pater:mea sũt/et oia mea:

patris similiter? Nā si nihil habet fili⁹ a seipso:nihil etiā habebit pater a seipso, patris enim sunt oia:que filii sunt, Q2 si oia pater naturaliter habet: ea ipsa fi li⁹ quoq3 naturaliter habet, Quare necesse erit cōsequēter hūc ipsum defectū quē filio iponere conant?: pri quoq3 iponere, ne quid eo2 que filii sunt: nō esse in patre uideatur, Id si impiū est/ut certe est: necesse erit cōfiteri oia patris in filio naturaliter esse/et omnia filii similiter in patre. Nam dum fili⁹ a patre na= scitur:omnia naturaliter/ipsum etiam esse a patre habet. et ideo dicitur a pa= tre accipere, Non igitur quoniam non habet:accipere aliquid a patre scribi?, Habet enim omnia naturaliter:cum uerbum et splēdor lucis paterne sit/uno solo excepto:q, pater non est. Accipere autem a patre se dixit:ut futuras here ticorum opiniones radicitus euerteret, Nam ne quis omnia patris in filio per= spiciens/propter incommutabilē similitudinem atq3 identitatem: eundem putet patrem et filiū esse/quod Sabellio accidit: necessario a patre se accipere ait que ab eo naturaliter habet, ut cum alter det/alter accipiat: dualitas per= sonarum demonstretur/nō nominibus solum sed uere ac personaliter distin= cta, Nec tamen falsus sermo est, Nam cum ex substātia patris filius prodeat/ omnia patris eternaliter habet: eternaliter etiam hac ratiōe ex eo accipit oia/ que ipsius patris sunt, Quare nihil deitati filii derogatur:quoniam ab eo dici=
Math,11, tur, omnia mihi tradita sunt a patre meo, sed potius hic sermo demōstrat:na= turaliter ipsum dei filium esse, Nam si omnia sibi tradita sunt/nec est quicq̄ preter numerum omnium: non erit ipse unus omnium que sibi tradita sunt, sed ex patre proprie nascitur:et ut secūdum naturam filius/habet omnia que patris proprie sunt, Proprium autem patris est:ut omnia possideat. Possidet ergo etiam filius omnia, et sic sol⁹ est naturaliter heres patris: in quem omnia que patris sunt/naturaliter(ut ita dicam)defluunt, Nō est ergo unus omniū/
Ioan.5. neq3 creatura:sed solus ꝓprie atq3 uere patris filius, ¶ Preterea. de seipso ali= bi dicit. Sicut pater uitā habet in seipso: sic dedit et filio uitā habere in seipso, similiter enim id quoq3 intelligetur. Nam quia dedit scribitur:et ex patre ipsū habere naturaliter significatur/et alium personaliter esse q̄ qui dedit demon= stratur. Quoniam uero dicit, sicut pater habet/sic et filius habet:apertissime docet q, sicut pater eternaliter in seipso uitam habet/sic et fili⁹ eternaliter ui= tam in seipso habet, Si ergo filius aliquando uitā non habebat:nec pater tunc habebat. Id quoniam impium est/semper enim pater habet uitā in seipso:ha= bebit etiam fili⁹ sic/hoc est semper uitam in seipso/ sicut et pater. Dicit autem cum semper habeat/accipere:ut et originem suam ostēdat/et alium se perso= naliter esse a patre demonstret/nec identitati naturali aliquid deroget, Nā si quis splēdori qui a luce profluit uocē attribuat/dicereq3 illum cōfingat:omia michi lux/sua dedit. illumino enim sicut illa. audebit ne quispiam dicere:non fuisse aliquando in splendore/illuminandi uirtutem? & quomō splēdor esset: si non splenderet? Si autem quia semper splendet atq3 illuminat/oia lucis ha bet:et quia rursus ex ipsa ꝓfluit luce/accepisse ab ipsa omnia uere dicit:quo= modo non erit inconueniens/altiora q̄ per exemplum significatur in uerbo

dei esse non confiteri? Nam cum omnia naturaliter habet a patre: accipere ab ipso ait omnia / ex quo nascitur,

❡ De eodem / proposito textu, Data est mihi omnis potestas, et glorifica filiū tuum. aut uniuersalius / de eo q̃ fili⁹ glorificatur: et aliquid accipiat. Cap. II.

On q̃ gloria uel alia ulla re filius dei inquātum deus est indiget: idcirco petere aut accipere aliquid a patre scribitur, sed q̃a dispēsando factus est homo: cū deus uerus etiam sit, Nam q̃m homo facile potest amittere bona q̃ a deo accepit: quod Adā perpessus fuerat / denudatus data sibi grā propter inobedientiam: necesse fuit ne rursus in eadem incideremus / ut incōmutabilis dei filius factus homo: ut homo gratias dei peteret. ut per ipsum qui amittere gratias nō posset: nature nostre firmiter seruarētur. Omnis eni gratia in Christo abūndātissime permanet: et inde ad nos propter similitudinem trāsfundit, oēs eni sum⁹ similes ipsi ut homini. Sicut enim et fratres ei⁹ / et unū cum deo: gratia per ipsum facti sumus, Petit igitur accipitq; a patre: que naturaliter habet ut deus. Sed quoniā homo factus est et carnē sumpsit / que non alterius q̃ ipsius filii dei caro est: iure gloriā petit qua natura humana eget. et accipit a patre atq; etiā a seipso: que naturaliter habet ut de⁹, Ipse igitur petit ut homo: et dat ut deus / una cū patre, Cur igitur huiusmodi uoces hos turbant? Nam si factus est uerus homo: cur nō cōcedūt ei ut plerūq; tanq̃ uer⁹ homo loquatur? Si enim factus homo nō esset: ipsi uerbo hec uiderentur attribuenda. Sin autem credūt uerū hominē factū esse: cur ignorationē / petitionēq; glorie / ceteraq; huiusmodi ut homini nō attribuūt? Sed impie in filiū dei ita hec inferunt: ut creaturā predicare nō uereantur, ❡ Preterea, si absurdū est opinari / uerbū dei glorificari a patre / aut accipere aliquid / aut sanctificari / ut isti credūt: nos certe sumus qui accipim⁹ / et sanctificamur atq; glorificamur in ipso, et propter nos / ipse ut homo: huiusmodi uocibus usus est, Nā si propter seipsū uerbū dei glorificari sanctificariq; petit: nihil nobis cōtulit incarnatio Christi / et natura nostra denudata dei gratia demonstratur, Nam si uerbū glorificari et sanctificari eget: quomodo nobis hec largita per ipsum sunt? Deinde sui potius causa q̃ nostra factus homo uidebit: si tunc glorificatus sanctificatusq; potestatem accepit / et cetera que de ipso similiter scribuntur: quibus isti aiūt etiam ante incarnationē ipsum caruisse / et accepisse postea factū hominem, Gratias igitur agat carni: per quā melior factus est, Verū quoniā impia hec cogitatu sunt / uenit enim ut hominem glorificet atq; sanctificet: non accipit hec dei filius ut uerbū. sic enim perfect⁹ est: quemadmodū et pater. sed nos in ipso ut in homine tūc hec accepimus: quādo carnem assumpsit. Sicut enim nos per resurrectionem suam resurreximus / et per ascensum suum in celos renouata nobis ascendēdi uia est: sic quādo glorificari et sanctificari dicit / nos ī ipso oīa hec accepim⁹. Itaq; illa ipse naturaliter habet ut de⁹: & ea propter nos petit ut Ioan, 17. hō. Pr (inquit) glorifica filiū tuū, et oīa mihi tradita sunt a patre meo. Et post Math, 11.

Math.28. resurrectionem.data est mihi omnis potestas in celo et in terra, Omnia enim
ps,118, per ipsum facta sunt.et psalmista:oia sibi seruire ait, Et ipse de gloria inquit,
Ioan,17, Pater glorifica filiũ tuũ ea gloria:quã habebã apud te ante cõstitutionẽ mun=
di,Si ergo anteq̃ mũdus esset/gloriã hãc habebat apud patrẽ:quõ eã petit? per
spicuũ est ꝓpter nos ipsum petere ut hoiem,ita nature nostre petitio ut glori=
ficaretur in ipso:facta est. Potestatẽ etiã quã post resurrectionẽ dicit sibi datã:
ante resurrectionẽ quoq; habebat,Nã si nõ habebat:quomodo repulit diabo=
Math,4. lum dicens,uade retro sathana? Et quomodo discipulis potestatẽ aduersus de
Luce,10, monia dedit? Quomodo filiã Abrahe(ut scribitur)a diabolo ligatã:ut potesta
Luce,13, tem habens soluit? Quomodo paralitico sanitatẽ largitus est? Quomodo pec
Math,9, catrici femine peccata dimisit? Quomodo mortuos reuocauit a morte:et ceco
Luce,7. rum aperuit oculos? Perspicuũ igit? undiq; est/ut non uerbũ ante incarnatio=
Ioan,9, nem:sed ut hominẽ quãdo factus est homo/patris gratias nobis petere.Sic enĩ
etiam deo participare dicimur/quia ipse nostrã humilitatẽ suscepit: ut nos ad
celsitudinem suã extolleret/nõ ut ipse inferior fieret,Idcirco nos quãuis hoies
natura simus:dii tamen gratia in Christo(qui uerus et homo et deus est)facti
Ioan,9, sumus,Queadmodũ igitur quãdo per carnẽ miracula efficiebat(sputo enim
Luce.7. cecum curauit/et manu extensa feretroq; tacto:unigenitũ uidue filiũ e mor=
Ioan,11, tuis reuocauit,et uoce instrumentis corporis emissa:Lazare dixit ueni foras)
non ipsi ut homini hec:sed ut deo attribuimus. sic quando humano more ali=
quid de seipso dicit/quod alienũ a deitate sua uideatur:carni idipsum accom=
modare debem9,Sic enĩ singula factorũ atq; dictorũ cõgrue distribuentes: a
1,Cori,8, uera cognitione saluatoris non aberrabimus,Vnum enim Christum scriptu=
re predicant, unus enim deus pater(inquit)et unus dominus Ihesus Christus.
Sicut igitur ab operibus/uerus deus cognoscitur:sic necesse erat a cõuenietib9
homini dictis atq; operibus/addo etiã passionib9/in quib9 nulla delicti suspi=
tio inuenitur:ut uerus homo cognosceretur. Vtrumq; igitur in ipso cernim9,
Interrogabat enim ut homo:ubi Lazarus positus esset. Imperabat autem ut
Ioan,11, deus:ut e mortuis rediret,Et matri/qd mihi et tibi o mulier:ut homo dicebat,
Ioan,2, et aquam in uinũ ut deus cõuertebat,Duarum igitur naturarũ suarũ cogni=
tio:et dictis et factis necessario faciẽda erat, Quare ipsi quoq; nos debemus q̃
deo uero cõueniunt/diuinitati sue:que homini uero/humilitati nostre quam
propter nos assumpsit:accõmodare. ¶Sed ipse ait(inquiunt)omnia mea tra
Math,11, dita sunt mihi a patre meo, Cui autem omnia tradita sunt ab alio:nihil habet
a seipso.Quomodo igitur is scd̃m substantiam idẽ erit patri:qui omnia possi=
det? ¶Si nihil ex seipso fili9 habet scd̃m uos/q̃m ipse a patre accepit oia; pater
ergo cũ dederit oia/nihil habet in seipso,quod absurdissimũ est,Quõ enĩ pa=
ter poterit denudari iis que sibi natura insunt? Habet igitur semp oia pr̃: q̃ fi=
lio dedit,Et filius similiter semp habet:que se accipere ut hominẽ ait,ut ipse di
Ioan,3, cit, Pater diligit filium,& potestatem dedit ei iudicium facere:quia filius ho=
Ioan.5, minis est, Si ergo iudicandi potestatem datam sibi esse ait/non alia quadam
de causa sed quia factus est homo:perspicuum est quia non ut uerbum dei &

deus/ipse accipit/sed ut homo, Accipere igitur omnia/ ipsi ut homini attribuē
dum: que ut deus naturaliter habet, et sic erit imago patris incommutabilis.

¶ Aduersus ea que dicūtur ab hereticis: quia Christus fleuit/et quia dixit, nūc anima mea turbata est. et transeat a me calix iste, et tristis est anima mea/cetera q; huiusmodi, Cap. III.

Vasi ab homine nudo has uoces dictas credunt heretici: quia mortem timuit/et tristis factus est/cetera q; huiusmodi perpessus: ut homo uerus. Deus enim uerus/sicuti Christus est: quomodo ut deus mortem timuisset? qui ait, ego sum uita, qui alios ex morte reuocauit, qui discipulos hortabatur dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem nō possunt occidere, Vt uerbum autem dei: quomodo timere potuit? qui Abrahe dixit. Noli timere: quoniam ego tecum sum, qui Mosem aduersus Egypti regem suscitauit, qui ad Iosue dicebat, Confortare ut uir, Quomodo etiā alios ipse timuisset? ad quem sancti clamant. Domin⁹ michi adiutor: et non timebo quid faciat michi homo. Quomodo autem si uenit ad interimēdam mortem: mortem timebat quam interemit? Sed infernum timuit: inquiunt, Mirum est q; hec audeāt dicere, Ianitores enim inferorum cum primum eum uidissent: spiritus inclusos exire pre timore dimiserunt, Quod patet, quia multi sanctorum excitati a morte/in sanctam (ut scribitur) ciuitatem intrarunt: et uisi a multis sūt. Aut quomodo timebat mortem: qui nō fugiebat dum quereretur? sed dicebat ad querentes. ego sum: dimittite istos, qui dicebat, potestatem habeo sumere animam meam/et nullus tollit eam a me: sed ego pono ipsam a meipso, Non timuit ergo filius dei mortem ut deus: sed natura humana/que id pati nata est, Tempora ergo (ut in superioribus etiam tetigimus) in quibus dicta factaue sūt que de saluatore dicuntur: diligenter consideranda sunt illis/ qui recte uolunt scripturas intelligere, Si ergo anteq̄ hominem assumpsisset uerbum dei: fleuisse unq̄/aut mortem formidasse/aut aliquid tale perpessus scriberetur: sicut de eum etiā hec perpessum iure credere possent, Sin uero posteaq̄ homo fact⁹ est/ hec de ipso scribuntur: quare non credunt ut ab homine dicta / factaue esse? ¶ Sed qui fleuit/qui timuit/tristisq; fuit: quomodo erit natura de⁹? Creaturarum enim/neq; omnium: hec propria sunt, ¶ Qui Lazarum a mortuis ad uitam redire imperauit/qui aquam in uinum nutu cōuertit/cetera q; huiusmodi multa fecit: quomodo non erit natura deus? Presertim cum ipse clamet. ego et pater/ unum sum⁹, dei enim ueri: hec opera sūt, Q; si ex dictis factisue huma no more perturbamini: quare nō proficitis ex illis que ut deus uerus et dixit & fecit? Et si propter humilia dicta factaue/humilia de ipso intelligitis: cur sublimia quoq; de ipso non creditis/propter dicta factaue ut a uero deo? Nam qui humiliter illa dixit fecitq; ut homo: hec ipse sublimiter ut uerus deus et dixit & fecit/ut et uerum deum et uerum hominem seipsum esse demonstraret, Nam quoniam ita factus est uerus homo: ut uerus esse deus non amiserit, nec eni aliter: nostrū genus saluari poterat, ne quis audiēs ipsum factū esse hominē: mutatum esse uerbum dei in naturam nostram putaret/aut aliud factum q̄ esset

Ioan. 14. Luce. 7. Math. 10 Gene. 15. Exodi. 3. Iosue. 1. Psal. 117. Math. 27 Ioan. 18. Ioan. 10. Ioan. 11. Ioan. 2. Ioan. 10

semper:ut tertium quid (uerbi gratia) ex homine atq; deo cōpositum, hac de causa necessario modo more hominis et loquitur et facit/sine delicto:modo ut uerus de9/ut utrumq; ipse intelligatur esse, Ideo permittebat ut natura hominis que in ipso erat absq; peccato:passionibus nostre nature moueretur, Operabatur autem etiam plerumq; ut deus:dicebatq; ad credentes, Si michi non
Ioan,10, creditis/ quia uidelicet hoīem uidetis:credite operib9 meis/ut cognoscatis quia ego in patre et pater in me est,et ego et pater unū sumus. Que igitur deo conueniunt dicta/factaue:deum uerum esse demonstrant, que autem homini:uerum hominem.hoc enim fidei catholice precipuū mysterium est, Vos autē heretici ex proposito/filio dei repugnantes: cum audiueritis ego & pater unum sumus/in peruersum sensum id dictum distrahere conamini, Cum autem uerba humanitus dicta aut facta proferuntur: nō ipsi ut homini sed ut uerbo dei statim accōmodatis.putantes hinc demonstrari posse:non uerū deum sed creaturā/uerbum dei esse/ quem tamē creatorē omniū negare non audetis. Aut ergo attribuatis ei ut unū cū patre sit sicut uerbū eius:& tunc nō inuenietis flentem/uel tristem uel timentē, aut si nō creditis dicenti se unum esse cum patre: neq; quoniam timuit credatis, ut ad Iudeos omnino reiecti / quia nullum uerbum euangelicum suscipiatis:a tot & tantis turbationibus dei ecclesiam libere tis. Nos enim articulum esse fidei maximum immo fundamentum non ignoramus:uerum ipsum esse deum ut uerbum patris/ et hominem uerum:quia seip
Philip,2, sum exinaniuit formam serui accipiens, Discernantur ergo dicta eius & facta. et cum audias, ego & pater unum sumus: unam patris & filii deitatē intellige/ et filium ex patre nasci eternaliter credas, Et rursus quando audis quia fleuit/quia timuit/quia doluit:hominem quoq; uerum esse cognoscas/ et nature hominis hec attribuas, Mortale namq; corpus assumpsit/omnibus passionibus nature nostre subiectum:peccato semper longe remoto, Conuenienter igitur quoniam idem homo uerus et deus uerus est:hominis passiones sibi attribuit/ propter personalem identitatem, Sic dicimus etiam deum passum/et crucifixum/mortuū/sepultum:que omnia ut homini sibi non ut uerbo dei attribuūtur, Sic enim que homini conueniunt/ut ex homine dicta sunt: per insitos humane nature mot9 naturales, quos ita mens percipit:ut per linguam proferat que in occulto absq; uoce uerbo mentali dicūtur, ¶ Preterea, nō alia de causa uerbum dei homo factū est: nisi ut nos liberaret/ et infirmitatibus nostris deitate sua coniuncta:naturam humanā firmaret/ & ad robur (ut ita dicam) suū conuerteret. Quando igitur formidasse mortē uidetur:ut homo dicebat, pa
Math,26 ter transeat a me calix iste.uerūtamē non ut ego uolo: sed ut tu. Quamuis enī mortem ut homo abhorrebat:uoluntatem tamen patris/et suam ut uerbi/perficere ut homo non recusabat, Ideo dicebat:spiritum esse promptum et carnē infirmam, Cum igitur dixit.non ut ego uolo:de se ut homine intelligit, Deinde cum infert.sed ut tu pater uis:de seipso etiam intelligere debemus, Omnia enim que pater uult:uult filius quoq; similiter, Quod inde patet:quia seipsum
Ephe,5. tradidisse & obtulisse pro nobis scribitur, Morti ergo quam ut homo formida

bat:seipsum pro nobis ut deus tradidit. ¶ Ad hec, si sanctos uiros contempsis se mortem inuenimus/et constanter per eam uoluisse ad uitam eternam transire/idq; animi robur habuisse:quoniam habebant Christum in interiore homine habitantem/quomodo pertimuit mortem ut deus: qui facit ne alii timeant? Aut quomodo nō absurdum erit:fortitudinem eorum mirari/qui dei uerbum in seipsis habuerunt, ipsum autem filium dei formidolosum ita putare:ut timoris morbo uictum credamus? Sed omnia ille perpessus fuit:ut nos ab omnibus liberaret. Sicut igitur nisi mortuus esset/mors non extingueretur:sic nisi timuisset/non essemus nos a metu liberati/nisi doluisset:non cessassent dolores nostri. Et ita singulas passiones carnis fuisse in Christo absq; peccato commotas inuenies:nō ut ab ipsis homo ille superaretur sicut & nos, sed ut cōmote uincerentur uirtute inhabitantis uerbi: et sic natura nostra reformaretur ad melius. Et quoniam in cruce sua gloriamur/credimusq; nos saluos esse quia dei filius homo factus pro nobis/ crucifixus & mortuus est: ut mortem nostram moriendo destrueret/& in seipso nos omnes a corruptione ad incorruptionē traduceret:opus erat certe ad fidem nostram/ etiam in ipso passionis tempore uerum se hominem esse ostendere. Ideo ne quis dubitare posset:ut homo clamabat, deus meus/deus meus/cur me dereliquisti? et rursus, transeat a me calix iste. His igitur atq; similibus:totum ad se hominem uere assūptum esse ostendebat. Tenebris uero et terre motu/ceterisq; hui9modi:deū se quoq; uerū demōstrabat. Vnde nōnulli qui eum antea deridebant:cōmoti clamarunt, Vere filius dei erat iste. Quomodo igitur non erit stultum perturbari: quādo ut hominem loqui eum audias/et more humano dictorum factorum ue recordari/que uero ut deus dixit fecitq;:omnino contemnere? Timebat ut homo, sed illud semper tene:q. ut deus dicebat. potestatem habeo ponere animam meam: et rursus potestatem habeo sumere ipsam. ¶ Postremo. maxime ingratitudinis est cum scriptura clamet:hominē filium dei esse factum/ non ut ipse qui est immutabilis:ad naturam nostram mutaretur. sed ut nos sibi coniunctos/ad suam quātum possibile est:per misericordiā suam reformaret. Omnia enim sua factus homo nobis dedit, & filios dei:non natura (id enī impossibile est) sed gratia fecit, maxime inq̄ ingratitudinis est:quoniam infirmitates nostras accepit/conuenienterq; nostra sibi absq; peccato propter identitatem personalem attribuit:ut etiam in nobis passiones carnis extinguerentur/ꝓpter illum qui eas propter nos in seipso superauit:idcirco a nobis inter creaturas collocari. ¶ Illud etiam non pretermittendum. q. sepenumero per prophetas deus & cor & manus sibi attribuit/et timorem & dolorem/& iram/et animam. Cum igitur perspicuum sit/dei uerbum in prophetis locutum fuisse: an audebunt isti huiusmodi passiones et partes hominis dei uerbo ante incarnationem accōmodare? Non facient certe:sed tropologice aut alio modo/ quodam humano more dicent omnia hec cōscripta fuisse. Quomodo igitur posteaq̄ homo factus est/non intelligunt nō nature uerbi sed nature humane (quam uere cum omnibus suis passionibus sine peccato assumpsit) omnia hec esse accōmodanda?

Marginal notes: Math. 27; Luce. 23; Ioan. 10.

¶ De eodem. uidelicet q filius non sit creatura, proposito textu illo, primogenitus totius creature, Cap,IIII,

Colos,1, Si creatura (inquiunt) filius non esset: non diceretur omnium creaturarum primogenitus, Nam quia magnam habet cum creaturis coniunctioné/quis primus earũ et ante omnes sit: hoc nomine appellatus est.
¶ Etsi difficile non est ad rem ipsam statim respondere: primum tamen illud dicendum, Si quia primogenitus omnium dicitur creaturarum / cum creaturis cõnumerãdus uidetur: omnem rursus excedere creaturam uidebitur / quia solus unigenitus dictus est, Nam sicut primogenit⁹ uocatur qui multos fratres habet: sic non est unigenit⁹ / nisi qui solus ita natus est ut nullos habeat fratres, Quomodo igitur et primogenitus et unigenitus simul erit: cũ hec inter se manifeste repugnent? Nam quoniam utroq; modo a scriptura nominatur: necesse est ut diligenter queratur / quomodo unigenitus & quomodo primogenit⁹ est, Vnigenitus igitur est: quia solus ex patre nascitur / & solus dei fili⁹ naturaliter est, primogenitus uero non simpliciter / sed in multis scribitur fratribus,
Roma,8,
¶ Quãdo igitur natura ipse deus / homine assumpto frater factus est noster: tunc etiam primogenit⁹ factus est in multis fratribus / quia multos filios dei per gratiam effecit, primogenitus ergo uocatur: non quia tempore precessit / nec quia eiusdem ipse inquantum dei uerbum / cum creaturis essentie est, sed quia in ipso primo deificati sum⁹, Ideo unigenitus nulla causa addita simpliciter appellatur: quia solus ut uere filius / in sinu patris est. Primogenitus uero ita dicit: ut et causa / & quorum est prim⁹ / statim afferatur, Primogenit⁹ enim (inquit) in multis fratribus: et primogenitus ex mortuis, Nam cum ipse natura increatus sit / & omniũ dñs atq; creator: creatura etiam factus / prim⁹ inuenitur inter omnes homines / quos assumpta humana natura reformauit. Non est igitur ipse ut uerbum / creatura, Nam si in eo uniuersa creata sunt / ut ait Paulus: nichil est creatum / quod per ipsum / creatum non sit, Aut si omnia que creata sunt / per ipsum facta sunt: ipse seipsum creauit / si creatura secundum hereticos est, quod omnino impossibile inuenitur, Primogenitus igitur in multis fratribus pie intelligitur / ut diximus: quia factus homo et frater noster / primus nos in se ipso sanctificauit, Primogenitus autem etiam ex mortuis: quia prim⁹ ipse morte calcata surrexit / & primus carnem nostrã in celos reduxit. ideo ait. Ego sũ uia: et ego sum ostium, per ipsum enim natura nostra nouum iter facere docta est: et quasi per portam quandam celos ingreditur, Propter misericordiã igitur suam creaturis se factus homo connumerauit: et primogenitus earum factus / uniuersa reformauit, Vnigenitus ergo filius patris: secundum naturã est. Et uidimus (inquit) gloriam eius: sicut gloriam unigeniti a patre, deus enim uerus est ex deo uero: lumen ex lumine, Primogenitus uero propter nos / ut sicut per ipsum facta sunt omnia: sic etiam in ipso reformata saluentur. Quare sicut initium uiarum creatus est / quia per ipsum omnes possunt in salutem recurrere: sic primogenitus uocatur in multis fratribus / quia uocauit nos omnes ad adoptioné dei per gratiam, et rursus primogenitus ex mortuis; quia prim⁹

Colos,1, Colos,1, Ioan,14. Ioan,10, Ioan,1,

ex morte resurrexit/et naturam nostram in incorruptionē reuocauit, ¶ Sed unigenitus(inquiunt) dicit; quia solus a solo patre creat9 est, Cetera uero cuncta per ipsū, ¶ Si hac de causa unigenitus patris filius dicitur:nō erit pater omnium uniuersaliter creator. Sed omnia ex ipso esse:scriptura clamat. Nō ergo quia sol9 a patre creat9 est/ sed quia solus ex patre naturaliter nascitur: idcirco unigenitus appellatur, Nam si unigenitus diceretur quia solus a solo patre factus est:nonne dies quoq; unigenita diceretur/quia solum modo fit? Nonne artes quoq; multe aut imagines aut opera/que solus aliquis solaq; fecit: unigenita dicerentur? Nōne sol ac luna/celum quoq; multaq; alia/ unigenita uocarētur:quia sola in specie sua facta sunt? Sed nemo profecto unigenitum illud dicit quod factum est:quis solum a solo factum sit, Nec igitur etiam fili9/ quia solus a solo factus:sed quia solus a solo genit9/unigenitus dicitur, Opus enim nō genimen appellatur:quod factum est. filius uero genitus est ex patre: quia ex ipso naturaliter prodies/essentie paterne uerus per generationem heres inuenitur, Q; si unigenitus(ut nōnulli aiunt) appellatus sit/quia solus omnia excedit:pater quoq; unigenitus hac ratione diceretur. et quicquid in specie sua excedere uideretur:unigenitū uocaretur, Non ergo propter excessum/sed quia ex patre solus nascitur:idcirco unigenitus est, ¶ Sed unigenitus (dicunt) est: quia solus paterni consilii angelus est, ¶ Si ergo insitum nobis quoq; uerbum cogitatiōes mentis solum enunciat:recte posset unigenitum mentis appellari, quod nemo unq̄ dixisse inuenitur. Sed unigenitus inquiunt dicitur/quia creator solum omnium est que post ipsum creata sūt:ne sui quoq; ipsius creator putetur, Ait scriptura:o uos/omnia simpliciter in ipso & per ipsū facta esse predicat, ¶ Preterea, primogenitum nonnunq̄ dicimus eum: qui primo natus est, hoc modo Christus primogenit9 uirginis dicitur secundum carnem. non q, alios etiam genuerit:uirgo enim post partum etiam remansit, sed quia primum plerumq; & absolute et in se/& non per comparationem ad alia dicitur, ita ergo etiā ex deo primogenitus est:non ut multorum primus/ sed ut solus ex deo genitus, ¶ Ad hec, que prima simpliciter sunt:causa sunt eorum que secundo loco sunt. Dei ergo filius/primogenitus aliorū potest dici:quia ipse primus causa est/ut filii appellatio ceteris omnibus accōmodetur, ita et pater deus/prim9 pater est:quia primus omnium genuit/qui eternaliter generat, ¶ Adde. q, sibi ipsis heretici repugnant, primogenitum enim filium dicunt: quia solus a patre factus sit, cetera omnia/per filium esse producta concedunt, Hec certe repugnant. Nam si ea ratione primogenitus est:nō ab eo certe sed a patre solo cetera quoq; producta essent/quorum comparatione ipse primo productus dicitur. ¶ Sed quomodo(inquiunt) si uerus dei filius uerbum est:ceteris eum cōnumerat scriptura dicens. primogenitus totius creature? Necesse enim omnino est tale esse uerbum secūdum naturam: qualia sunt quorum est primū, ¶ Magna in huiusmodi oratione impietas est, Non enim quia creatura est filius: totius creature primogenitus dicitur. sed quia omnes nos in ipso et per ipsum adoptati; filii dei per gratiam efficimur. cuius gratie ipse author est; similes sibi p

Cauillationes hereticorum

Colos. 1.

Luce. 2.

Colos. 1.

misericordiam faciens credentes in eum, Quoniam uero primogenitus: est id circo imago patris uera demonstratur. Nam sicut ipse / primus filius uere est: sic & pater / primus pater, In ipso enim primus pater est: & ipse primus filius in
Ioan, 1, primo patre, & per ipsum omnia facta sunt: & per ipsum omnis creatura rationalis adoptatur, ¶ Postremo, si quia primus totius creature filius dicitur / creaturam ipsum quoq; creditis: quid dicitis quando pater de se dixit, ego prim9 /
Esa, 44, et ego post hec? An et ipsum primum creaturarũ / & creaturam audebitis predicare? non arbitror. Sicut igitur pater non est creatura / q̃uis primus dicatur: sic et filius, Et sicut pater principiũ se ipsum esse omnium ostendens / dicit, ego sum primus. sic & filius totius creature prim9 dicitur: quia per ipsum omnia facta sunt / et ipse principium omnium atq; creator est,

¶ De textu euangelico. sedere autem a dextris meis aut a sinistris meis: nõ est meum dare. Cap, V,

Math, 20 Sed quomodo (inquiũt) si equalis patri filius est: dixit ad filios zebedei, non est meum dare? Id enim aperte ostendit: non habere se potestatẽ dandi quod petebatur, Non est igitur equalis patri: quoniã pater omnium potestatem habet, ¶ Oportet certe non ita incõsiderate saluatoris uerba exponere, Nam si diligenter perspicere singula uolueritis: nichil inuenietis quo impietas uestra possit iuuari. Accesserũt zebedei filii ad Christum / supremosq; honores petebant qui aliis debebantur. Ad quam petitionem conueniẽter saluator respondit: non est meum dare, nõ quia potestatem dandi non habeat: sed quia premia proportionaliter certantibus dantur, Nam quemadmodum siquis certamen instituerit & munera declarauerit: ad petentes maxima premia dicat / non est meum dare. non enim certandi munera sic michi proposita sunt / ut uelim petentibus dare quibuscũq;: sed illis solum qui certando superabunt. sic saluator quoq; / non est meum dare inquit supremum honorem uobis petentibus: qui reseruatus est in prescientia patris illis / quos excessus certandi cõmendabit, Quare domini hec responsio nõ potestatẽ negat: sed dispẽsationem ostendit. Quomodo enim ipse non potest dare quibus uelit: cum in
Math, 19 ueniatur omnibus discipulis id esse largitus? Amẽ amẽ inquit dico uobis, quãdo filius hominis sedebit in solio maiestatis sue: sedebitis & uos sup duodecim sedes. Non enĩ ut propheta hoc predicit: sed ut author benigne largitur, Quomodo ergo qui omnibus potuit dare: duobus non potuit? nisi forsan audebitis dicere: non habituros quod dicitur apostolos, Quod si facietis: nemo amplius Christianus alloqui uos debet / sicut ueritatis contemptores, Sicut igitur si zebedei filiis non posset id dare: non esset equalis patri, ita quoniam omnibus discipulis dare potuit: equalis genitori erit in omnibus, ¶ Preterea. si uere dicit omnia sibi tradita esse a patre / et in omnibus gratia etiam hec continetur: non negat potestatem dandi cum dicit / non est meum dare: sed dispensatiua ora-
Esaie, 53, tio est. Esaias enim aperte clamat dicens de saluatore, Propterea ipse dominabitur multis / et fortium spolia partietur: quoniam tradita est in mortẽ anima eius. Si ergo ipse honores sanctis uiris partitur: quomodo dicitis eum non posse

dare petentibus si uelit? Certe omnia pater per ipsum operatur, quorũ unum est: distributio munerum singulis sanctorum. Ipse igitur distributor munerũ est. Sed sensum euangelicorum uerborum altius exponam⁹. Cum saluator noster dominus Ihesus Christus discipulos hortaretur atq; moneret: ut nichil in hac uita uellent habere / sed cultui diuino attenderẽt / ac ingentes honores mã data sua seruantibus polliceretur: accesserunt discipuli dicentes, Ecce nos iam omnia neglexìmus / & te solum secuti sumus: quid ergo erit nobis? Respondit Christus, quando filius hominis in solio maiestatis sue sedebit: tunc in illa regeneratiõe uos quoq; in duodecim sedebitis sedibus / iudicaturi duodecim Israeliticas tribus. Id cum filii zebedei audissent: non cõuenientem sibi mercedem cõcupiuerunt. Nam quod omnibus discipulis quasi pro mercede beniuolentie erga Christum / erat propositum: soli rapere studuerũt. Verum ne inanis glorie cupiditate uicti uiderentur: ipsi quidem pudore silent / matris uero ministerio utuntur. Accessit igitur illa ad dominum dicens, Dic ut isti duo filii mei sedeãt: unus a dextris tuis et alter a sinistris tuis. Aperte igitur per hec uerba uidetur mulier id quod omnibus debebatur: ad filios solũmodo suos uelle traducere. Nam nisi hoc esset: qua ratione quod datum omnibus erat discipulis / de numero quorum etiam filii sui fuerunt / id ipsa rursus petit? Non alia uidelicet: nisi ut cõmune omnium premium ad suos transferret. Hec saluator cum sciret ut deus: filios zebedei ad se uocat, nec acriter propter misericordiã suã eos increpat: ne doloris magnitudine mesticieq; submergeret, sed dicit: non esse suum dare. Nec nature sue his uerbis impotentiam (ut heretici dicunt) ostendit. Stultum enim omnino id dictum est: presertim cum iam prebuisse omnib⁹ hoc inueniatur. Sed quoniã (inquit) iniustam petitis gratiã quam me nõ decet uobis largiri: non est meum dare. Iustus enim sum iudex / et honores singulis quos per gratiam affero: quasi debitos laboribus uirtutibusq; suis distribuo. ¶ Ad hec. inani gloria moti: a dextris & a sinistris meis sedere concupiistis. Id autem dare: meum non est. Non enim dabo morbum alicui: qui doceo atq; hortor ut a morbo caueatis. Ita ergo id dicitur: quemadmodum si ignis refrigerari petenti ab ipso / diceret: non est meum dare id tibi, calefaciẽdi enim / non frigefaciendi michi natura inest. Sic Christus quoq; dicit, iustus sum munerum declarator / in certaminibus positis. Ac ideo nõ petentibus simpliciter largiri debeo: nec per iniuriam / certãtium omnium ad duos solum honores traducere. sed pro rebus ab unoquoq; gestis: quasi debiti a me honores distribuẽdi sunt. Illi ergo iure hoc accipient: quibus a patre meo (qui per me & in me omnia operatur) preparata hec sunt. Nemo certe hic suspicari debet / ideo a patre honores preparatos dici: quia ipse prestare non possit / sed propter dispensationem incarnationis: sicut ab homine dicitur. solet enim omnia que naturam hominis excedunt: patri ut deo attribuere. Nam cum ipse quoq; deus secũdum naturã sit / & unum atq; idem cum patre: omnia profecto poterit sicut deus. Ab inani ergo zebedei filios gloria improbaq; ambitione deterret / ad modestiamq; reducit: ut a sequentibus patet. Moleste namq; tulisse ceteri discipuli scribuntur

Math. 19.

Math. 20

quoniam propositum omnibus honorem petitione mulieris rapi uidebant, Et certe quantum ad ipsam & ad filios suos fuerat: ereptus hic honor a ceteris fuit, Saluator autem (ut scribitur) uniuersaliter ne zebedei filios turbaret: ad do-
Math,20 ctrinam ipsorum & omnium dixit, Gentium reges & principes earum/ dominantur ipsis, non sic erit in uobis/ sed qui uoluerit primus esse in uobis: erit omnium seruus, Deinde seipsum in exemplum proponit. sicut (inquit) & filius hominis uenit non ut sibi ministretur: sed ut ministret, Et demum quasi apicem apponens/ et sensum uerborum suorum enodãs: parabolam apponit/ qua uo-
Luce,14 catis in cõuiuium consulit non rapere primum locum/ sed expectare donec honor sibi a principe conuiuii tribuat, Melius enim est inquit ab extremo loco ad primum honorifice uocari: q̃ ab occupato imprudenter primo ad extremũ turpiter depelli / ac alium ad primum ipso audiente uocari, Ita & zebedei filios eodem sermone honestissime castigauit: et ceteros accõmodatissime cõsolat⁹ est. Hac ergo de causa/ nõ quia nõ potuit: nõ est meũ dare/ zebedei filiis respõdit,

¶ De textu euangelico, ut cognoscant te solum uerum deum: et quem misisti Ihesum Christum. Cap. VI,

Ioan,17, Cce (inquiunt) ipse filius ait solum patrem/ deum uerum esse, Sed ipse
Esaie,44 e quoq; pater dicere inuenitur. Ego de⁹ primus et ego post hec: nec est deus preter me, Quomodo igitur ad primum et solum uerum deum: alium uos quasi uerum deum adiicere audetis? ¶ Sed non ad deiectionem filii hec a patre dicuntur, nisi forsan (ut apud fabulas gentium fertur) inter filium et patrem bellum esse credatis. Sed ad deiectionem falsorum deorum: primũ postremumq; hoc est sempiternum se pater deum appellat/ secumq; filiũ necessario intelligit, Vbi autem filius est: ibi spiritum quoq; suum adesse necesse est, Q̃ autem saluator ait: ut te cognoscant uerum solum deum/ nonne uidetis q; statim coniungitur, et quem misisti Ihesum Christum? Vt ergo uerus de⁹ pater cognoscendus est: ita nõ aliter Ihesus quoq; Christus habẽdus est, Nam si uerbum patris est/ sicuti certe ab omnibus esse conceditur: quis adeo mentis inops dicere audebit/ patrem ut filium a deitate depelleret dixisse: nec est de⁹ preter me? Creaturas igitur a quibus falso dei nomen occupatur: illis uerbis pater/ non filium reppulit, Quod ut apertius intelligatur/ ponamus nõnullos errore impulsos hominis aut bruti animalis cuiusdam statuam erexisse: quã credant lucis esse originem/ quamq; lucis nomine appellent, Ad hec fingamus solem ad huiusmodi homines magna uoce clamasse. Erratis nimium omnes, uos. Ego enim solus sum lux: nec est alia preter me. An igitur his uerbis/ splendorẽ solis & lune non esse lucem putabitis? uel aduersus falsam lucem illa uerba solis dicta interpretabimini? Hoc extremum profecto facietis, Quare cum a patre quoq; dicitur, ego solus sum de⁹/ nec est alius preter me: falsos deos non filium extrudi firma fide credendum est, Quomodo enim non erit insanum de uerbo dei hec dicta esse confingere? per quod omnia facta sunt/ sine quo nihil factum est, quod per prophetas locutum est: quodq; semper in patre est, Falsi ergo dii deiq; filii quos humana ignorantia finxit: repudiãtur. Nec etiam quia

ſolus pater/uerus deus a filio dicitur:idcirco filius a conſubſtantialitate ſua eii
cietur. Verus enim et ipſe deus eſt:quoniam uere dicit, Ego ſum ueritas, Qua Ioan.14.
re uero patri(etiam ſi dirumpantur heretici) eternaliter cõiungitur, Quod er
go dicitur/ut cognoſcant te ſolum uerũ deum: aduerſus falſos gentiliũ deos/
neceſſario accipiendum eſt. Nam ſi filius non eſſet natura uereq; deus/ut pa=
ter: quomodo uere ſe cõiunxit uero deo dicẽs, et quẽ miſiſti Iheſum Chriſtũ?
Non enim poteſt ſimul cum natura creata/res increata cognoſci: nec unq̃ cũ
creaturis cõnumerabit, Nulli eni preterq̃ filio certe dabitis q. poſſit dicere: ut
cognoſcãt te ſolum deũ uerum/et quem miſiſti Iheſum Chriſtum. Dic queſo
an poterit quicq̃ alioꝝ id deo patri proferre? nequaq̃. Soli certe filio uerba hec
congruunt: quia creatura nõ eſt/ſed ex patris ſubſtãtia prodit & genitori nõ
iniuria connumeratur. Ipſe namq; nos docuit: q. patris ueri genimen ueꝝ eſt,
Manifeſtaui ait nomen tuũ hominibus: quia uidelicet uerus pater es/et filium Ioan.17.
uerũ habes, Ioannes etiã ait. Et ſimus in uero filio eius Iheſu Chriſto, Nõ enim 1.Ioan.5.
poteſt excludi filius: quando ſolus pater eſſe uel facere aliquid dicitur, qui ſo=
lus extẽdit celum: de patre a quodam propheta ſcribitur, Et ipſius patris uox Iob.9.
fertur. ego ſolus celum extendi, Et tamen aperte de filio quoq; legitur, Verbo Ecci.24.
domini celi firmati ſunt. Si ergo quãuis pater dicat ſe ſolũ celos feciſſe/filius ta pſ.32.
mẽ etiã feciſſe inuenit: perſpicuũ eſt quia quãdo etiã ſolus pater uerus de9 ap=
pellat/una cũ eo ſemp filiũ (p quẽ oia facit: p quẽ loquit) itelligi neceſſe eſt. Sic
eni eſt in uno ſolo primo & uero deo naturaliter: queadmodũ in luce ſplẽdor,

¶ Propoſito textu, Iheſus autem proficiebat ſapiẽtia et etate et gratia: apud
deum et apud homines, Cap. VII.

Quomodo (inquiunt) equalis erit patri ſubſtãtialiter filius: qui non perfe
ctus eſt? Inuenitur eni in ſapientia proficere. Proficit aute: quod perfe Luce.2.
ctũ nõ eſt. Pater uero perfectus eſt/nullius indigẽs rei: ac ideo nullũ in
melius ſuſcipit profectũ, ¶ Interrogãdi heretici ſunt de quo putant ſcriptum
eſſe: q. pficiebat i ſapia et gra, de Chriſto certe dicẽt, Chriſtũ porro quẽ arbi=
trãtur fuiſſe? Nã ſi cõmune nudũq; hoiem/in quo nihil ultra naturã nr̃am fue
rit: pficiat quoq; ipſe ut hõ, Sin uero de9 eſt & hõ pp̃ter nos fact9: ut ſcribit/
quõ pfectũ ſuſcipiet? aut quõ imperfect9 erit: q nõ rapinã arbitrat9 eſt ſe eſſe Philip.2.
eq̃le deo? Q2 ſi equalis deo eſt ut Paul9 affirmat/et tamẽ pficiebat: maiorẽ iã
pre ſcd̃m uos dicere eũ neceſſe erit, qd̃ abſurdiſſimũ eſt, Cũ igit pfectus ſit &
perfecti pr̃is filius: pp̃ter icarnationẽ dictũ eſſe iſtud accipiatis. Nã ſi ut uerbũ
fact9 hõ pfecit: nõ ipſe nobis pfuit/ſed magis caro quã aſſũpſit pfectũ ſibi at
tulit/& ad pfectionẽ ipfectũ cõduxit. Quõ igit nos gr̃as agim9 ſibi tãq̃ pp̃ter
nos hoi facto? cũ oporteret pfecto: ut ipſe nobis gr̃as referret? Qd̃ qm̃ uel co=
gitare ipiũ eſt/nõ ut uerbũ pfecit: ſed pp̃ter icarnationẽ illud dictũ ẽ/ut mõ
lati9 dicem9, ¶ Preterea, non nudis ſed ueris uocabulis uerbũ dei appellatur
deus/et dei ſapientia/et uirtus/et forma/et imago patris, Quomodo igitur 1.Cori.1.
cum hec omnia uere ſit: profectus eſt ſuſceptibilis? Eſſet enim aliquid maius Coloſſ.1.
deo/et ſapientia/& uirtute/et forma/& imagine dei: quod impoſſibile eſt, Hebr.1.

¶ Ad hec.principatus/dominationes/angeli/archangeli et omnis rationalis creatura:participatione uerbi perficiuntur,Quomodo igitur imperfectus est ipse:quo cetera omnia perficiuntur? et quomodo sapientia dei proficere in sapientia potest? aut quomodo in gratia ille proficit:qui omnium gratiarũ largitor est? Nisi forsan Paulo non credant: qui sapiẽtiam dei filium appellat/& gratie largitorem, ¶ Accedit.q. semper imperfectum quod est:ad perfectionem ascẽdere conatur/et primum locum in quo est negligit: maiorem autem atq; meliorem desiderat.ut homines(uerbi gratia)in sapientia omniq; uirtute paulatim proficiẽtes: ad perfectiorem uitam ascendunt,Dei autem uerbũ hoc est dei filius cum totus in patre sit/et totum in se patrem habeat: quo ascẽdet? Nam qui patrem replet(ut modo corporum dicam)et repletur a patre/ si recipiet incrementum: patre maius uidebitur.quod nefas dictu omnino est. Non ergo proficit qui perfectus est:nec mutatur qui imutabilis est.Sicut ergo

Philip,2, quando Paulus dicit/humiliauit seipsum formam serui accipiens: non perturbamur/nec minora de uerbo dei opinamur/ sed misericordiam et gratiã eius miramur, sic non oportet perturbari:quando profecisse ipsum legim9, Nam quemadmodum nihil ex illa humiliatione uerbi deitas passa est:sic ex isto profectu nihil penitus fuit perpessa, sed sicut propter nos humiliauit seipsum/sic etiam propter nos proficere uoluit/ut nos in ipso in sapiẽtia proficiamus: qui propter peccatum quasi iumenta effecti eramus.ut etiã in gratia in ipso similiter proficiamus:qui pulsi propter primi hominis preuaricationẽ a pristina dei gratia fuim9,Omnia enim nostra propter nos Christus sine peccato suscepit: ut ad melius omnibus reformatis/omnium nostrorũ bonorũ fieret principiũ, Sed sensum nunc ipsius textus altius inuestigemus,Naturalis quedam lex facit:ut non subito nec in breui tẽpore/sed paulatim scd͡m profectũ corporis in sapientia etiam omniq; uirtute homo ꝑficiat,Verbũ igitur dei quod factũ caro describit/quãuis sapientia et uirtus perfecta patris sit:tamẽ qm̃ se uere factum hoiem oportebat ostẽdere/ nõ preter naturã hominũ sed scd͡m naturã paulatim crescente corpore:paulatim quoq; sapientior uidebatur,Occultam igitur sapiẽtiã suã paulatim reuelabat:legem nature nostre secut9, Cum igit audis profecisse ipsum in sapiẽtia et gratia:noli putare quicq̃ ipsi additũ fuisse qui nullius unq̃ rei egere potest,Sed quia uidentib9 atq; audientibus eũ/sapiẽtiorẽ gratiorẽq; in dies se prebebat:idcirco scribitur profecisse.Ita detegendo seipsum in dies: non ipse/sed qui mirabãtur ipsum atq; amabãt/ꝑficiebãt. Et certe qd͡ in re aliqua proficit:aliud est q̃ res illa in qua proficit,Si ergo Christus qui est sapientia/profecisse in sapientia scribitur: non ipse profecto(sapientia enim in seipsa proficere non potest)nõ ergo ipse/sed humana proficiebat natura, Nam dum in dies in ipso deitas manifestaretur/mirabilior et sapientior uidebatur, Proficiebat autem in ipso natura humana hoc modo. Assumpsit sapientia dei hoc est filius dei nostram naturam, paulatimq; tum uerbis tum factis deificationem assumpti hominis reuelans: proficere ipsum reuelando faciebat. Et sic ipsa natura proficiebat in sapientia / in qua erat deifi-

cata: per quam etiam nos filii dei per gratiam effecti sumus. Et ita in Christo tantum profecit natura nostra: ut a corruptione ad incorruptionem / et ad dignitatem deitatis in Christo peruenerit. ℂ Sed nos (inquiunt) audiuimus per scripturam: ipsum filium dei hominem factum / Ihesum Christum appellari. Ipse igitur filius dei est qui proficiebat: nec istas distinctiones uestras suscipimus / cum Paulus unum Ihesum Christū predicet, Si ergo unus est / & hic un⁹ proficiebat: imperfectus erat certe, quomodo igitur perfectissimo patri erit equalis? ℂ Vnus profecto dominus Ihesus Christus est et non duo: et unus hypostatice atq; personaliter in duab⁹ naturis, Deus enī hominē assumpsit atq; induit: et ideo uerbum dicitur caro factum esse, Cur igitur omnia que homini sine peccato conueniunt: etiā uerbo nō attribuitis? presertim cum hinc nulla in re deitati uerbi derogetur, Quoniam igitur carni proficere propriū est: dicas eum ut hominem profecisse. sibi enim attribuit que carnis sunt, Sic enim mortem etiam perpessum predicamus: neq; ut deum sed ut hominem id perpessum credimus, Quoniam igitur uos quoq; o heretici hominem uere factū dei uerbum negare non audetis: sicut quando auditis splendorem esse ipsum Christum / et sapientiam / et characterem patris / nō hominem quē assumpsit sed filium dei qui assumpsit intelligitis: sic quando apud scripturas aliquid dicitur quod non deo sed homini conueniat / non ad uerbum dei sed ad hominem qui uerbo hypostatice unitus est referre debetis, Vndiq; igitur patet: nō sapientiam ipsam inq̄tum est sapientia / sed humanam naturam in sapientia profecisse, Paulatim enim natura nostra manifestabatur sicut instrumentum esse deitatis: que habitauit in ipsa. Ideo non dicit uerbū dei profecisse / sed Ihesum, ne scilicet uerbum proficere uideretur / sed humana natura: que profectus susceptibilis est. Sic igitur que de Christo scribuntur intelligenda sunt / ut nec que deitati conueniunt / humanitati eius attribuantur: nec que humanitatis propria sunt / ad deitatem ipsius distorqueantur,

Cauillatō hereticorum, 1. Cori, 8,

Ioan, 1.

ℂ De eodem, proposito textu apostoli, cum uero subiecta sibi omnia fuerint: tunc & ipse quoq; filius subiicietur ei qui sibi cuncta subiecit, Cap, VIII.

T quomodo (inquiunt) equalis patri secundum naturam filius erit / si uere Paulus dicit q, ipse quoq; filius patri subiicietur? Nemo enim negare poterit: minus esse quod subiicitur eo quod subiicit, sicut uictore / quod uictum est, ℂ Non intelligunt heretici se pugnantia dicere / et omnino absurda. Minorem enim filio patrem contendunt esse / idq; affirmare conantur: quia Paulus tunc inquit (tempus enim determinate proponit) patri filius subiicietur. Vnde sequitur secundum ipsos: modo filium patri subiectum non esse, rationalis autem natura quando subiecta non est / in propria tunc / suaq; uoluntate est, Quid ergo dicent audientes Christum: non ueni ut faciam uoluntatē meā sed uolūtatē eius q misit me patris? Respōdeāt igit̄ nobis isti / q se acute scripturas intelligere predicāt: an q facit uolūtatē alicui⁹ / ei nō subiicit̄, Quod quoniā dicere uerebuntur: quō si nūc quoq; filius pr̄i subiicitur / in futuro tēpore tādē subiicie̊? Credāt igit̄ uere de ipis nos posse dicere. Erratis / ne-

e

1. Cori, 15

Ioan, 6.

Math, 22.

scientes scripturas. ¶ Preterea.creaturam esse filium contendunt, Si ergo ut
ps,118, scripture clamant / deo creatura omnis seruit / quomodo ipse nunc patri non
subiicitur? Necesse autem est / ut aut pater nõ possit modo ipsum subiicere: &
erit nũc filius maior patre / quod contra ipsos est, Aut si honestum est ut filius
patri subiiciatur / turpiter facere ipsum istis concedendũ erit / qui postea subii
Esae,53, cietur et modo subiectus nõ sit. Quomodo igitur dictũ est de ipso: q. peccatũ
non fecit? ¶ Immo inquiũt quomodo minor patre fili9 nõ est: qui ei semper se
cũdum uos subiicit? ¶ Perspicuũ omnibus est: non destrui equalitatem sub=
iectione. Subiicitur eni equali equale plerumq; dispensationis modo quodã,
Nonne conceditis unum eũdemq; spiritum in prophetis esse? Cur igitur Pau=
1,Cori,14 lus scripsit: spiritus propheta℞ prophetis subiici? Quomodo autem subiectio:
ab equalitate patris repellere filiũ poterit? Nonne in hominibus quoq; filii pa
tribus subiiciuntur: nec tamen minores ullo modo sunt / quantum ad substan
tie natureq; rationem? Si ergo debere ita fieri nemo negabit in nobis / neq; id=
circo maiores esse aut minores natura dicet eos qui subiiciũt / aut qui subiiciũ=
tur: quare id in deo quoq; similiter sine impietate fieri nõ putabimus? nõ enim
subiectio: in ipso esse filii est / aut ipsum esse filii: in subiectione. sed cum in pro
pria sit hypostasi: subiici patri dicitur, Vnde subiectio minorẽ filii naturam pa
tre ostendere non potest. Qz si putatis subiectionẽ quasi diffinitionem ipsius
esse filii: uidete in qtũ impietatis hec uos depellet oratio, Tũc eni uobis necesse
erit dicere / filiũ futurũ (cum antea non esset) quãdo subiectionis uenerit tem=
pus: quod Paulus nondum uenisse sed uenturum ostendit. Sed quid dicetis: si
pater quoq; subiici filio reperietur? subiicitur certe alteri: qui ei ministrat. Pa=
ps,109, ter uero ministrat filio: ut canit psalmista, Sede a dextris meis: donec ponã ini=
micos tuos scabellum pedum tuorum, Si ergo pater quãuis ministret filio / mi=
nor tamen ipso propterea non est: nec filius quia patri subiicitur / minor patre
putandus est, Sed sensum uerborum apostoli modo cõsideremus, Omnia pa=
ter per filium operatur / idq; subiectionis conditio est: ut uoluntatem patris in
omnibus filius habeat, Vna enim uoluntas amborum est, unde cum dicat pa=
Gene,1, ter / faciamus hominem: homo a filio diuinitus formatur, Docet igitur Paulus
in futuro quoq; seculo patrẽ in nobis non aliter q̃ per filium habitare: ideo scri
1,Cori,15, bit / quando subiecta filio erunt omnia: tunc ipse quoq; patri subiicietur / qui si
bi omnia subiecit, et addit / ut deus sit omnia in omnibus. Videtur ergo dicere,
nemo putet aliter nos q̃ per filium / patris fore participes in uẽturo seculo, Per
subiectionem ergo nihil aliud significare uoluit: q̃ per filium nobis cuncta pa=
trem etiam tunc largiturum, Et ita subiectio non minorem filium ostẽdit: sed
identitatem trinitatis demonstrat incommutabilem / que nunq̃ aliter se habe
bit / sed erit etiam in illo seculo pater per filium omnia in omnibus: et uita / &
incorruptibilitas / et gaudiũ et uirt9, et quicquid sanctis gratie dabitur: ex pr̃e
per filiũ in spũ dabit, Sed uide q̃so q̃ prudenter / imo diuinitus uerba hec Pau=
li conscribuntur. Nam qm̃ a patre oĩa subiecta iri filio dixit / nequis patrem nõ
dominaturũ postea oĩbus credat / qm̃ filio omnia subiecta sint: necessario filiũ

ſubiicit patri/ut rerũ omniũ pricipatus ac dominatio in patrem per filium redigatur/et ita una deitas pater ſcilicet in filio et in ſpiritu ſancto regnet. Sed quomodo(inquies)ſi modo quoq; patri ſubiect⁹ filius eſt:ſubiicietur tũc/Paulus inquit/et ita in uenturo ſeculo ſolũmõ id futurũ oſtẽdit? An qa ſubiect⁹ mõ nõ ſit/neq; pris peragat uolũtatẽ? q ſeipſũ hũiliauit(ut ſcribit)et ſerui formã aſſũpſit/ut op⁹ pris pficiat:queadmodũ uerbo & in oib⁹ actib⁹ ſuis re ipſa cõprobauit. Quõ igit iã ſubiectũ/i futuro ſeculo ſubiici(qſi mõ nõ ſit)tunc ipſũ quoq; filiũ diuina uox Pauli clamat? ¶ Verba igitur ſingula diligẽter/et tot⁹ contextus eox cõſiderãdus eſt. Quãdo inquit ſubiecta ipſi erũt oia/illo uidelicet excepto qui filio ſubiicit oia:tũc ipſe quoq; fili⁹ ſubiicie ei qui ſubiecit ſibi oia/ut ſit deus oia in oib⁹. Hoc igitur ſignificare uoluit. Subiect⁹ nũc quoq; Chriſtus patri eſt/nõ tamẽ pro oibus:ſed p ſolis credentib⁹ in eũ/p quibus ſe ipſum tanq̃ imaculatũ agnũ patri obtulit/ut ab omni peccato liberatos pri offerret. Quãdo igit omni undiq; exterminato errore/uniuerſus terrarũ orbis ad uerũ deũ cõuerſ⁹/dñm deũ Iheſum Chriſtũ cõfitebitur/ſalutariaq; ipſius mãdata ſeque:tũc inq qa oes ibi erũt ſubiecti/ipſe quoq; p oibus patri ſubiicietur/et pontifex omniũ ſimpliciter fact⁹/oibus per ſeipſum pticipationẽ patris largie. Sic eni de⁹ oia erit in oibus:per filiũ in oibus habitans. Ideo non dicit:tũc ipſe quoq; filius patri ut minor ſubiicie. ſed ſubiicie inquit:ut ſit de⁹ oia in oibus. Vides qa mediationẽ filii q nos ad patrẽ adducit:ſermo hic ſignificat. Simul enim rurſus cũ ſanctis erit/et ſeipſum pportionaliter ad gratiam ſingulox oibus largie:ut per ipſum patre oes participẽt. et hic eſt ſubiectiõis modus. Patris eni benedictione naturaliter per ipſũ in ſpiritu ſancto cõceſſã: uocatis in regna celeſtia ipſe miniſtrabit. Hec autẽ miniſtratio atq; ſubiectio/ nõ repellit eũ a naturali dignitate filii. Nã q̃uis natura fili⁹ et equalis pri:cõdeſcendens tamen etiã tũc miniſtrabit patri/cognitionẽ deitatis nobis largiens/ ut tantũ cognoſcamus quãtũ recipere poterim⁹. ¶ Illud ad hec addẽdũ uidetur. Subiicimur nos filio:nec tamẽ pter ſubiectionẽ/nra natura in aliud mutatur. uolũtatis enim atq; cognitionis ſubiectio eſt. Similiter ergo filius quoq; ſubiicietur patri:nõ mutata natura. incõmutabilis eni deus eſt. Et modus ſubiectionis erit in illo tpe/q. oibus ſecũdũ uolũtatẽ patris abũdanti⁹ gras in ſpiritu largietur. Nã qui tunc ſolũmodo ſubiectũ fore patri opinantur/aut equalẽ modo aut maiorẽ neceſſario cõfitebũtur/tunc autẽ minorẽ:ſicut ſubiectũ/ut aiũt. Mutatio ergo erit in natura filii:qd omnino impiũ et cõtra ſcripturas eſt. Philip.2. 1.Cori.15.

¶ De eodem/ pponito textu. pater glorifica me illa gloria: quã habebã apud te anteq̃ mundus eſſet. Cap.IX.

Ed quomodo (inquiũt)non eſt incõueniens eiuſdem dicere ſubſtãtie/ filiũ patri? cũ a patre fili⁹ gloriã petat. Glorifica inquit me pater ea gloria: quam habebã apud te anteq̃ mũdus eſſet. Nã ſi ſupfluũ eſt petere qd habes:patet hic nõ eſſe tã magnũ/petẽtẽ filiũ:quãtus pater a quo gloriã petit. ¶ Nõ eſt poſſibile/ut gloria indigeat glorie dns:cũ nihil deeſſe poſſit pfecto. nullus enim ferre uos poterit; ſi dei filiũ imperfectũ in aliqua re dixeritis/ Ioan.17.

quãuis alioquin turpissimũ quid:opinari quasi hominem nudũ/cupiditate uictum glorie a patre id petere/sed altior dispensatiõis modus in hoc sermone recõditus est,Cum enim Christus dixisset:pater glorifica tuum filium/illico
Ioan,12. pater respondit,et glorificaui et rursus glorificabo,Si ergo talem filius gloriã petebat/qualem uos putatis/paterq; statim promisit:cuius gratia post petitionem statim contrariũ sequit? captus enim a Iudeis:patibulo affixus est,Non sibi ergo a patre gloriam petebat:qua sicuti natura deus nõ indigebat,sed paternã gloriam in hominẽ quẽ assumpsit:petẽdo ut homo traducit/omnia eñi in ipso et per ipsum bona consecuti sumus,Sed non est ab re:cum hoc et potestatem etiam uerbi considerare.doxa eñi grece:modo gloriã/modo opinionẽ significat.Quãdo igitur filius dicit/doxason me tu pater ea doxa/quã habebam anteq̃ mundus esset:hoc aperte dicit.quoniã o pater homo factus/id solum esse hominibus uideor/nec cognitus sum coeternus tibi esse:doxason me tu/id est talem opinionem atq; fidem hominib⁹ de me largiaris:qualem haberent credentes me apud te semper fuisse/etiam anteq̃ mundus esset,ut uidelicet me deũ existiment:credantq; esse scd̃m naturam lumẽ de lumine/deũ uerum de deo uero,Q? autẽ ita hic locus intelligendus sit:a sequentibus manifestũm est,Nã posteaq̃ hãc opinionem existimationẽq; de se petiit/ut deus esse manifestaretur:causam intulit dicens/quoniã et ego nomen tuum hominib⁹
Ioan,17. manifestaui,Si ergo petit quod fecit/fecit autẽ ipse nomẽ patris manifestũ hominibus:nihil aliud certe petit/q̃ ut homo hominibus deus esse manifestetur/non propter se:sed propter salutẽ ipsorum.petit autẽ ut homo/& q̃cquid a patre ut homo petit:id quoq; a seipso ut deo/et spiritu sancto petit,Gloriã uero petere filiũ quasi non habeat/et ea de causa inferiorem patre ostendi putare/nonne pudet? in filio enim pater inspicitur,Si ergo pater gloria non eget:nec filius eget profecto,Quomodo enim poterit esse non egens in egẽte? sed qui
Ioan,14. uidet patrem:uidet et filium,Et ego et pater (inquit) unũ sumus.Perfecte igi
Ioan.10. tur filius/sicut et pater:gloriam possidet.

¶ Thesauri Cyrilli/libri decimi/finis,

¶ Eiusdem liber undecimus,

¶ Aduersus dicẽtes:q, deus nihil plus sciat de substantia sua/q̃ nos sciam⁹,& quicquid ipse scit de seipso:totũ id homies quoq; scire possunt, Cap,I.

Ingenita est (inquiũt) essentia dei:nec esse dei aliud est q̃ esse ingenitũ,Quisq̃s igit̃ scit hoc esse deũ:ipsũ deũ pfecte cognoscit. Sed ipse quoq; deus ingenitũ esse se nõ ignorat,nulla igit̃ sciẽtie differentia est/cũ & ipse & nos nihil aliud q̃ ingenitũ esse deũ sciamus.

¶ Ridicula hec sũt/imo aũt omi furore plena.Nã cũ sitis hoies quos diuia essẽtia in infinitũ excedit:eandẽ cũ deo uos habere sciẽtiã ipudẽter asseritis/nec au
Esaie.40. distis Esaiã dicentẽ,Quis metitus est manu aquas/& celũ palmo? q̃s cognouit mẽtẽ dñi? ¶ Dicãt ergo nobis q̃ imẽsam dei naturã atq; incõprehẽsibilẽ hũana rõne asseq̃/q se eã ad unguẽ intelligere credũt:cũ tñ celũ metiri palmo nõ possint,utrũ igenitũ/ipsũ esse dei sit an nõ? Nã si negabũt:tota hec cauillatio

impudenter dicta uidebitur/sin autē pergent asserere:deliramenta sua facilē cognoscent/si attendere uoluerint.nō eni quia deus ingenitus sit: idcirco etiā dei esse/ipsum ingenitum est,Simile namq; est/si quis diceret hominē qm impennis hoc est sine pennis est:hoc ipsum esse ipsius substātiā atq; essentiā, nō eni quia impennis est:hac de causa homo est/sed quia homo:ideo ipennis est, Presupposita eni substātia/cetera de ipsa dicūtur. Similiter igit̄ igenitū et increatum ceteraq; huiusmodi:de substantia dei dicuntur, de iis eni sunt / que circa substantiam dei conspiciuntur:ita ut non ipsa substantia sint.non enim
2 ipsum dei esse:sed non esse factam substātiam dei significāt. ¶Nam si quicquid de solo deo dicit̄/id erit substātia eius:ex multis erit substātiis cōpositus, Multa enim de deo scdm naturā dicūtur:que de aliis nō ita dicunt̄, sicut rex/ dominus/immortalis/inuisibilis/ingenit9/hoc est etern9 et nō factus/et mille huiusmodi.Si ergo singula pro substantia capiētur: erit deus compositus / qd absurdissime dicitur.Ingeniti ergo uox unū eorū que in deo sunt significans:
15 debit de9, Quõ igr grã & ueritas p ipsũ facta est? ¶ Deiceps ibidẽ, Ecce agn9
dei: ecce q tollit peccatũ mũdi, Esaias etiã dicit, Quis de9 sicut tu:q deles iniqui Esaie.43.
tates? Si ergo dei est ꝓpriũ delere peccata/Christ9 autẽ id facit:quomodo erit
16 creatura? ¶ In crastino(Ioannes inqt) cum exisset Ihesus in Galileam:inuenit Ioan,1,

Philippum et dixit ei,Sequere me,& ita Philippus saluatoris discipulus osten=
ditur.Sed aduerte queso quomodo etiam hinc colligitur q, deus secũdum na=
turam filius sit,Nam cum multos undiq; concursuros ad fidem saluator uide
Luce,9. ret:dixit ad discipulos.Messis quidem multa: operarii autem pauci,Rogate
igitur dominum messis:ut multos in messem suã operarios immittat.Nec ul=
lam rem aliam/messem appellat:q̃ uenientium hominum ab idololatria ad fi
dem Christi/quorum dominus ipse Christus est,Quomodo igitur non est de
us uerus? Presertim cum etiam Paulus per penitentiam omnes ad Christũ uo
2.Cori,5, cet dicens.Rogamus pro Christo:recõciliamini deo.Quoniã igitur solus deus
qui est dominus omnium/messis quoq; huiusmodi dominus est:ipse solus erat
operarios in messem missurus.Sed hoc ipse fecisse saluator iuenitur,Iussit eñi
Philippo ut sequeretur se,Deus igitur uerus est:et nõ creatura.¶ Postea.tol= 17
Ioan,2, lite ista hinc inquit:et nolite facere domum patris mei/domum emporii,Si fi
lius creatura est/et per gratiam filius dei uocatur sicut et alie rationales crea=
ture/quibus non natura dignitatem huiusmodi prestat/sed gratia dicentis,
ps̃,81, Ego dixi dii estis:et filii excelsi omnes,erit de numero omnium:qui filii dei per
gratiam appellantur.Quomodo igitur si nihil plus ceteris ipse habet:cõmunẽ
omnium per gratiam patrem/suum solius appellat dicẽs.Nolite facere domũ
patris mei? Non enim ita iure dicere potuisset:si creatura esset/sed illo potius
modo,Nolite domum patris nostri:domum negociationis facere,Cum igitur
sibi soli magna cum potestate hanc dignitatem attribuat:non gratia sed na=
Ioan,2, tura filium dei seipsum esse cognoscit,¶ Deinde subiicit,Quod signum no= 18
bis ostendis:quia hec facis? Respondit Ihesus,Soluite templum hoc:et in trib9
diebus suscitabo ipsum,Q2 uero suum corpus/templũ appellaret:statim euã
gelista ostendit dicens,Ille autem dicebat de templo corporis sui,Quando igi
tur surrexit ex mortuis:recordati sũt discipuli/quia hoc erat qđ dicebat ipsis.
Templum autem proprium atq; uere nullum dicitur:si deus in ipso non habi=
tet,Nemo enim corpus suum/anime templum appellabit.Sed tunc per gra=
tiam homo templum dei fit:quando per fidẽ Christi spiritus sanctus in eo ha=
bitat,Corpus uero Christi/templum est uere/in ipso enim uoluit habitare cor
Colos,2, poraliter tota plenitudo deitatis:ut ait Paul9,Nec ullus dubitat:quia uerbum
dei caro factum sit.Quomõ igitur erit creatura filius dei:qui corpus in quo ha
bitauit/sicuti uer9 de9 tẽplũ dei effecit? ¶ Rursum eodẽ in loco.Cũ aute esset 19
Ihesus in Hierusalẽ in festo pasche:multi crediderũt in noĩe ei9/uidẽtes signa
que faciebat,Ipse uero Ihesus nõ credidit seipsum eis:quia ipse omnes cogno=
scebat/nec idigebat ut aliquis testaretur de homine,ipse eñi sciebat quid erat
in homine.Diuinam admiratus naturam beatus psalmista:illi soli testat' pro=
ps̃,32, priũ esse ut corda hominũ sciat.Dixit eñi ad deũ,q finxit singillatĩ corda eo=
rũ:qui intelligit oĩa opera eorum.Quoniã ergo solus uerus deus corda homi
num scit/et occulta hominum intelligit/et hec ipsa filius quoq; scire ac intelli=
gere perhibetur:quomodo non erit uerus deus/aut quomodo erit creatura?
Ioan,1, ¶ Rursum,Cum saluator noster ad Nathanaelem dixisset,anteq̃ Philip= 20

pus uocaret te/cum esses sub ficu:uidi te. Hoc solo signo Nathanael admiratus:Rabi dixit tu es filius dei/tu es rex Israel, Si ergo secundũ ipsius saluatoris testimoniũ Israelita uerus erat Nathanael/in quo dolus nõ erat:necesse est credere ipsum non mentiri/dicentem de Christo, Rabi tu es filius dei:et tu es rex Israel, Nã si mentitus est cũ hec dixerit/dolus erat in eo, Sed saluator mentiri non potest, Nec igitur Nathanael etiã mentitus est:filiũ dei et regẽ Israel Christum appellãs, Quã quidẽ dignitatẽ regni:non gratia/neq; ut homini (nullos enim uidebat satellites) sed ut uere filio dei incarnato attribuit, Quomodo igitur filius dei & rex Israel:creatura et seruus erit? Legimus preterea saluatorẽ: nõ recte interrogantibus phariseis dixisse. erratis/ignorantes scripturas. Decebat enim ipsum sicut dominũ & magistrũ/nõ recte dicẽtes corrigere:& ab ignorãtia homines ad ueritatẽ reuocare. Si ergo Nathanael errauerit/filiũ dei et regẽ Israel ipsum appellãdo:cur statim nõ corrigitur? cur statim nõ fuit ad ueritatẽ reuocatus? cur nõ audiuit illico:erras o amice? non enim sum rex sed seruus: nec filius dei sed creatura, Sic enĩ et Nathanaelẽ ab errore reuocasset/ et nullã sibupsi reprehensionẽ relinqueret: q̃ sic falso tãte dignitatis opinionẽ uenaretur. nũc autẽ q̃ semper alios errantes reprehẽdebat: Nathanaelẽ ut recte dicentẽ honorat, Rex ergo Israel et fili9 dei est:et nõ creatura, Math. 22.
21 ¶ Ad hec; scribit Ioãnes. Sic enim deus dilexit mundũ / ut filiũ suũ unigenitũ dederit:ut omnis qui credit in eũ nõ pereat/sed habeat uitã eternã, Si pcipua mirabilisq; dei patris dilectio erga mundũ ex hoc cognoscitur/quia filium suũ hominẽ factum mũdo dederit:certe uere ac naturaliter filiũ suũ/assumere hominẽ uoluit. Parua enĩ res nec magni existimanda esset:si non uere filiũ/sed creaturã quandã pro mundo dedisset, Et ad hec/nõ uere unigenitus filius diceretur:cũ etiam alie rationales creature filii nomen per gratiam habeant, Sed precipua/ maximaq; dei patris in mundũ dilectio est. Non ergo creaturã sed uere filiũ/ assumere hominẽ pro mundo uoluit:quod inde significauit euangelista/quia Ioan. 3.
22 unigenitũ ipsum appellauit. ¶ Deinde ait. ut omnis qui credit in ipsum: non Ibidem
pereat, Quomodo ergo creatura est:si fides in eum/saluat? Nam si creatura esset:perirent certe omnes qui in eũ credũt, Nũc autẽ q̃ syncere atq; integre in ipsum credũt:saluantur. Nõ est igitur creatura:sed patri consubstantialis.
23 ¶ Postea subiungit, Non enim misit deus filiũ suum ut iudicet mundum:sed ut saluetur mundus per ipsum. Dominã rerũ omniũ naturã significare uolẽs deus:per prophetã Esaiam/ego inquit sum de9:et nõ est preter me qui saluat. Esaie, 43.
Sed filius etiã saluator mũdi est:et a patre missus est in mundũ saluare ipsum. Ipse igitur est qui per prophetam clamat, Ego sum deus:et preter me non est
24 saluator, Non est igitur creatura/sed patri consubstantialis. ¶ Insuper, Scribit Ioãnes baptista de Christo dixisse, qa illũ oportet crescere: me aũt minui. Ioan. 3.
Neq; certe incremẽtũ aut decremẽtũ corporis:hic intelligẽdũ, dignũ enĩ aliqd mẽte Ioannis:dictũ ab ipso existimare debemus, Maior igitur fiebat Christ9: et Ioannẽ indies minorẽ magnitudine sua efficiebat, Non quia quantum homo homini/aut creatura creaturę prestabat; quotidie homĩes animaduerte=

bāt,parua enim hec/& indigna differētia est,sed quia ipsa opera Christi: dei
opera erant,et ita in dies ab operib⁹/deū esse ipsum uerū:homines colligebāt.
et ita sequebatur /ut quāto magis Christus secūdū opinione hominū uerā/in
sublimitatē deitatis ascēdebat;tanto Ioānes ut homo nud⁹ et creatura/ minor
uideretur,Quō igitur nō erit amētia:filiū dei creaturā appellare? ¶Preterea 25
eodē loco ait,Qui desuper uenit:super oīa est,Nihil aliud desuper in hoc loco
(ut ego arbitror)significat:q̄ substātiā dei patris/que super oīa est. Nemo enī
dicet locali altitudine filiū gloriari:aut baptistā de huiusmodi spaciis itellexis-
se.Nec ullus nisi oino amēs:motū a loco in locū hic itelligi dicet,Quid aliud igi
tur significare desup hic potest;q̄ ex sublimi acineffabili pris substātia? Quō
igit̄ qui ex illa uenit/hoc est ex ipso patre scd̄m naturā nasci̇t̄:nō erit eiusdem
nature cū patre? Aut si erit creatura:quō uere dicet̄ sup oīa esse/q nō dn̄s sed
ps,118, seru⁹ ut cetere creature naturaliter erit? Serua enī est oīs creatura:scd̄m psal-
mistā,filius uero sup oīa est,Nō est igitur creatura:sed uerus de⁹,Quare si est
super oīa:nō erit un⁹ ex oībus/sed aliud preter oīa.Sup oīa enī est/nō locali(ut
diximus)spacio/sed sublimitate et ineffabili natura:in qua nihil ex creaturis
cū ipso potest cōuenire,Nā si aliqua cōueniret:nō esset ipe simpliciter sup oīa.
Ioan.3. ¶Idē quoq; Ioānes baptista de saluatore ait.qui acceperit eius testimoniū:si- 26
gnauit/qa de⁹ uerax est, Qui ergo credit oīa q̄ Christus dicit:is signauit quia
de⁹ uerax est,Christ⁹ ergo de⁹ est/qui ut uerus:ab audiētib⁹ fide suscipitur,
ps,80, Cūq; nullū recipere deū recētē iubeamur:quō erit creatura filī⁹ dei/quē sicut
Ioan,11, deū iubemur recipere? ¶Ego(inquit saluator)sum uita,et rursum,Ego sum 37
Ioan.14, ueritas.Veritas autē metiri non potest.Vita igit̄ est scd̄m naturā, Nulla uero
creatura:scd̄m naturā uita est,Sola enī uita est scd̄m naturā/q̄ semp et essen-
tialiter uita est.Creatura uero nec semp est:cū ex nihilo ꝑducta sit,nec essen-
tialiter uita esse pōt, ¶Rursum ait saluator.Pater me⁹ usq; modo operat̄:& 28
Ioan,5, ego operor.Ideo igit̄ magis q̄rebāt Iudei occidere Christū Ihesum:qa nō solū
soluebat sabbatū/sed etiā patrē suū dicebat deū/equalē seipsū faciēs deo, In-
festi erāt Iudei Christo:qm̄ cū hō sibi esse nudus uideret̄/nō cōmunē patrem
sed suū ꝓpriū/deū esse dicebat,Pater me⁹ (dicēs) usq; mō operat̄.Ex his illis
uerbis/qa deū patrē suū appellabat:ad naturalē & uerā sentētiam uocati/ dei
eq̄litatē sibi Christū rapere q̄rebant̄,Nā qd̄ ex aliquo naturaliter est:equale il
li naturaliter cōprobat̄,Huius sentētie cū Iudei essent:q̄s unq̄ illos redarguit?
Aut quis dicere ipsis ausus est:nō esse saluatorē equalē deo/q̄uis proprius sibi
pater de⁹ est? Sed neq; ipse saluator hāc illorum increpauit opinionem:cū sole
Math,9, ret etiam occultas cordis eorum cogitationes quando improbe erant repre-
hendere.Nunc contra equalem se ipsi deo patri comprobat:dicens deinceps,
Quecūq; ei pater facit:hec & fili⁹ similiter facit.Suū ergo naturalē patrē/deū
esse:oībus manifestat/& se patri equalē ac cōsubstātialē ostēdit.quō igit̄ crea
Ioan,5, tura erit? ¶Iterū dicit saluator noster . Sicut enim pater suscitat mortuos & 92
uiuificat : sic & fili⁹ quos uult uiuificat,Quid ad hec saluatoris uerba heretici
dicent;si eos interrogabim⁹/quomodo pater mortuos uiuificat? utrum tanq̄

particeps uite:an ſicut ipſa uita ſecundũ naturã ac eſſentialiter? hoc ultimum
ſcio dabunt,et cũ ipſe pater uita ſit:ipſum uiuificare mortuos dicent natura/
et nõ participationis gratia,Quoniã igitur etiam filius nõ aliter uiuificat mor
tuos q̃ pater:uita etiã ipſe naturaliter ac eſſentialiter erit. Cum ergo idẽ ſit qđ
pater/uita eni uterq; eſt:quomodo fili⁹ erit creatura/ſi pater nõ eſt creatura?
30 Deus igitur uerus de deo uero/et uita de uita:fili⁹ eſt,¶ Deide ſubiũgit, Nul Ioan,5,
lum enim pater iudicat/ſed omne iudiciũ dedit filio:ut oẽs honorẽt filiũ ſicut
honorãt patrẽ. Deus ſecundũ naturã/pater etiã ab ipſis cõcedit?.filius autem:
creatura eſſe dicitur/et nõ uere deus ſecũdũ iſtos, Quõ igitur equaliter pote=
rit ab iſtis & ita ſicut pater honorari:ſi pater ſicut deus uerus honoratur/& fi=
lius non ita ab ipſis? Aut quomõ ipẽ pater eum honorẽ iubet filio ſuo dari: qui
ſibi datur? Nonne ipſe dixit per Moſem, Dominũ deũ tuũ adorabis/et illi ſo= Deute,6
li ſeruies? Niſi forte credãt/ab ipſo deo pr̃e nobis iuberi:ut creaturã colamus/
quod dictu impiũ eſt,Quare cũ pater iubeat ut non aliter colam⁹ filiũ ſuum q̃
ſeipſum:nõ erit fili⁹ creatura/nec ad extra ex nihilo product⁹/ſed ex ipſo pr̃e
31 natus. ¶ Deinceps ibidẽ addit,Sicut eni pater uitã habet in ſeipſo:ſic dedit & Ioan,5,
filio uitam habere in ſeipſo. Pater nõ per participationẽ/ſed eſſentialiter uita
eſt,Sed filius ſic habet uitã ut pater,Nõ habet ergo per participationẽ:ſed ipẽ
eſſẽtialiter uita eſt. Nec cõturbet? aliquis/cũ audiat uitã filio eſſe datã a patre.
Simile ei eſt/queadmodũ ſi calor qui profluit ex igni/diceret,ſicut ignis calid⁹
eſt: ſic etiã mihi dedit ut calidus ſim. Nulla enim participatio eſt,quãuis calor
idipſum quod eſt/ab igne accepiſſe dicatur,Sed nec diuiſio aut ſeparatio aliq̃
intelligitur,ſed propter unitatẽ que eſt in emittẽte et emiſſo conſubſtantiali:
recte dicitur quicquid habet emiſſum/ab emittente accepiſſe, Quõ igitur fi=
32 lius/qui ſic incõmutabiliter uitã habet ſicut pater: creatura erit? ¶ Preterea,
ad Iudeos ait dominus noſter, Si ego teſtimoniũ perhibeo de me: teſtimoniũ Ioan,5,
meũ nõ eſt uerũ,Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me:et ſcio q uerũ eſt te
ſtimoniũ quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannẽ:et ipſe teſtimoniũ per=
hibuit ueritati,Ego aũt nõ accipio teſtimoniũ ab hoĩe, Perhibuit certe bapti=
ſta teſtimoniũ:cũ dixerit de ſaluatore,Ecce agn⁹ dei:qui tollit peccatũ mũdi, Ioan,1,
Verũ q̃m ſaluator dicit nõ accipere ſe teſtimoniũ ab hoĩe/ ſed aliũ eſſe q de ſe
ipſo teſtimoniũ phibet:qs eſt iſte ali⁹/Ioãne ĩmo ſimpliciter hoĩe maior? patet
de patre ipſũ dicere. Pater eni dixit ad Ioãnẽ, In quẽ uideris ſpiritũ deſcẽdẽtẽ
et manentẽ in ipſo:hic eſt q baptiſat in ſpiritu ſancto. Spiritu autẽ deſcendẽte Math,3.
in Iheſũ:uox patris audita eſt dicẽtis, Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹. Cũ igit? ipẽ deus
pater filiũ ſuũ/Chriſtũ appellet/idq; teſtimoniũ uerũ ſit/quia ab ipſa ueritate
de ueritate dicit?:nõne manifeſte ĩpietatis crimine iſti ſeipſos dãnãt/q filiũ dei
33 creaturã audẽt p̃dicare? ¶ Ego (iquit deide Chriſt⁹) habeo teſtimoniũ:Ioan= Ioan,5,
nis teſtimonio mai⁹,Opera eni q̃ dedit mihi pater ut faciã/ipa opa q̃ ego facio:
teſtimoniũ perhibẽt de me/qa pater me miſit, Parũ poſſe Ioãnis teſtimoniũ/
Chriſtus dicit, nõ quia Ioannes nõ uere teſtimoniũ perhibuerit:uenit enim in Ioan,1,
teſtimonium miſſus a deo/ut teſtimonium phiberet de lumine, Sed quia iam

apud Iudeos testimonium eius / quis uiri magni et omnis uirtutis genere inte=
gerrimi / paruipendebatur:operũ magnitudine atq; miraculoꝝ demonstrari
recte saluator ait / quia ex ipso patre exiuit ac uenit, Nõ eni potestate propria
ut deus / tot tantaq; preter naturã fecisset:nisi uere filius dei esset.Cũ igit̃ que
pater potest facere / filius quoq; facere possit:nõne ut impii fugiendi sunt oes/
qui non deum sed creaturã dicere ipsum audent? ¶ Postea ibidẽ subdit, Ego 34
ueni in nomine patris mei:et nõ suscepistis me.Si alius ueniet in nomie ꝓprio:
Ioan.5. illum accipietis,Quomõ filius uenit in nomine patris? uidelicet ut deus / ut do=
minus / ut uita / ut oĩpotẽs / ut lumẽ / ut ille q potest mortuos uiuificare. hec enĩ
oĩa:pater potest.Quare si hec oĩa filius quoq; nõ est:nõ uenit in noĩe patris.Ve
nit autem in nomine p̃ris.quia oĩa que pater est:ipse quoq; est / uno solo exce=
Ioan,6, ptoq, pater nõ est.Quõ igitur creatura erit? ¶ Rursum.Sicut misit me uiuẽs 35
pater:et ego uiuo ꝓpter patrẽ.et qui mãducat me:uiuet propter me. Missum
Philip,2. se filius dicit a patre:aut secundũ incarnationis modũ / quia seipsum exinani=
uit formam serui accipiens / et factus est obediẽs usq; ad mortem, aut qa sicut
ex sole lux emittit̃ / uel ex igni calor:sic inseparabiliter ex patre emanat.Viue=
re autẽ propter patrẽ dicitur:nõ quia particeps uite(sicut nos)sit, sed quia oĩa
paterne substãtie propria:naturaliter in ipsum sicut in filiũ transeũt,Propriũ
autẽ patris est / uiuere,uel ut apertius dicã:ipse essentialiter uita est.hoc igitur
et filius est propter patrẽ:quoniã ex eo nascitur.Nõ enim potest ex uiuo patre
non uiuus filius nasci:nec ex increato creatus, ¶ Postmodũ apud eundẽ euã= 36
Ioan,8, gelistam legimus:q, respondit Ihesus.nec me cognouistis / nec patrem meum.
Hinc etiam animaduerte:ueram patris imaginem / filium esse.Nã si a cogni=
tione ipsius filii / cognitio patris habetur:quomodo non erit necessarium / ean
dem naturã hoc est essentiã patris et filii esse? Si igit̃ nulla differentia est inter
patrem et filium nisi sola personalis / quia hic pater est / ille fili9: quomodo fili9
erit creatus / cum pater increatus sit? Presertim cum relatiua nomina alterum
ad alterum dicantur:et uno dicto / alterũ statim intelligatur,nam qui patrem
dixit:filium illico intellexit.et qui filium appellauit:ad patrem confestim retu=
lit,Si ergo creatura filius est:nõ poterit ad patrem uere referri / sed ad creato=
rem,et ita nõ poterit aliquis a cognitione filii cognitionem patris habere, Sed
qui nouit filium:nouit et patrẽ,Vere igitur filius est:et consubstantialis patri,
Iure igit̃ audire isti simul cũ Iudeis possunt,si me cognosceretis:patrẽ quoq;
Ioan.8, cognosceretis, ¶ Preterea,dicit euangelista,Responderũt Iudei, Nos ex for 37
nicatione non sumus nati,unum patrem deũ habem9. Dixit eis Ihesus,Si de9
pater uester esset:diligeretis utiq; me,Ego enim ex deo exiui & ueni, Nõ ueni
eni a memetipso:sed ille me misit,Qui filiũ dei nõ dilexerunt:quõ possunt dici
deũ patrẽ ex quo fili9 est dilexisse? Et qui fructũ nõ honorarũt:quõ arborẽ ho
norasse uidebuntur? Si autem dei patris fructus / ipse filius est(hoc enim signi
ficat:q, ex patre exiuit & uenit)quomodo erit creatura? aut quomodo ex ipo
deo patre / non deus nasci naturaliter poterit / cum nec creatura quidem ulla
hoc patiatur? Homo enim ex homine / & bos ex boue nascitur, Deum igitur

uerum / de deo uerō nasci necesse est, Aliter uerior in creaturis generatio q̄
in deo inueniretur: quod absurdum est, Missum autem se filius a patre dicit:
non mutatione locorum (non est enim deus in loco) sed sicut calorem ex igni/ Ioan, 10,
38 aut illuminationē ex lumine, ❡ Rursum Ioannes ait. Pater meus qui dedit mi-
chi: omnibus maior est / et nullus potest rapere de manu patris mei. Ego & pa-
ter unum sumus, Maior omnibus pater est / nō ut corpus corporibus: sed ut cre
ator creaturis, sic enim omnia excedit / et super omnia est. Sed ipse pater qui su
per omnia est / unum est cum filio. quare ipse quoq; filius similiter ut pater / ma-
ior est omnibus & super omnia est, Non est igitur creatura: sed unum et idem
39 essentialiter cum patre, ❡ Insuper inquit, Multa bona opera ostendi uobis
ex patre meo. propter quod igitur ipsorum lapidatis me? Respōderunt Iudei.
De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia, quia tu cum homo sis:
facis teipsum deum, Cum saluator noster diceret / ego et pater unum sum9: nō
intelligentes Iudei a quo id diceretur / et in carnem solummodo respicientes:
eum impietatis crimine accusabant et lapidare conabantur, Id enim solum re-
cte intellexerunt: q, opinarentur deum seipsum facere illum / qui dicebat, Ego
et pater unum sumus. Meliores igitur Iudei Arrianis uidētur. quippe qui quo-
niam Christus dixit / ego et pater unum sumus: hoc admisso uiderunt necesse
esse / Christum deum uerum et equalem patri cōcedere, Quomodo enim unū
potest esse cum deo uero: si creatura est? Secundum ergo naturam deus uerus
40 est: et unum cum patre, ❡ Deinde dicit euāgelista, Respondit Ihesus, Nonne
scriptum est in lege uestra. ego dixi dii estis? si illos dixit deos ad quos uerbum Psal, 81.
dei factum est / & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit
in mundū / uos dicitis quia blasphemas / quia dixi / filius dei sum, Animaduer-
te quomodo seipsum aperte distinguit ab iis qui per gratiam dii sunt: ut osten
dat se non gratia ut illos / sed natura deum esse, Quomodo igitur natura de9 /
41 erit creatura? ❡ Insup, Si opera patris mei nō facio inquit: nolite credere mihi. Ioan, 10,
Si autem facio: et si michi non creditis / operib9 credite, ut cognoscatis & creda
tis: quia in me pater est / et ego in patre, Que natura hoc est essentia disseparā-
tur: diuersas habent operationes, quorum autem eadem simpliciter operatio
est: eorum substantia etiam eadem est, Id saluator ostendens dixit. si non cre-
ditis in me / quia hominem esse uidetis: operum tamen inaudita potestas & ma
gnitudo facile uos potest impellere ut credatis / quia deus uer9 de deo uero sū.
Nam qui deo patri equalis in operibus est: quomodo erit aliud ab eo secundū
substantiam? immo uero quomodo non erit unum et idem in omnib9: ita ut &
42 ipse in patre sit / et patrem in seipso habeat? ❡ Insuper ait saluator, ego sum re Ioan, 11,
surrectio et uita. Si pater resurrectio et uita est / & idcirco ut de9 uerus colitur:
cur filium quoq; similiter heretici non colunt / cū ipse quoq; resurrectio & uita
sit? Cum autē uita sit: quomodo erit creatura? Omnis enim creatura: particeps
uite / nō uita est, solus autem deus uerus: ipsa uita est, Quare pater & filius &
spiritus sanct9: ipsa uita essentialiter est, ❡ Rursum ibidem. qui credit in me / Ioan, 12,
43 non credit in me: sed in eū qui misit me. Si ita unum cum patre filius est / ut qui

credit in filium / in patrem credat: quomodo non erit stultum dicere / filium es-
se creaturam? nisi fortasse quis diceret / ipsum quoq; patrem creaturam esse,
Verum quoniā pater increatus ab omnibus (sicut est) creditur: erit filius quoq;
Ioan,16, increatus. Sic enim solūmodo uere filius erit: et pater in ipso cōspicietur. ¶ Om 44.
nia (deinde inquit) que pater habet: mea sūt, Si omnia que patris sūt / filii quoq;
sunt, est autem precipuum essentie patris: ut increate substantie sit, erit ergo
etiam filiꝰ similiter increatꝰ, et ita in principio cum patre et in patre / uerbumq;
Ioan,16, eius et filius eius est: secundum ineffabilem et incōprehensibilem generationis
modum. ¶ Deinde subiungit, Exiui a patre et ueni in mundum: et rursum di- 45
mitto mundum et uado ad patrem. Dicunt ipsi / discipuli eius, Ecce nunc palā
loqueris: et prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia nosti omnia: nec opus
est tibi ut quis te interroget. In hoc / credimus quia a deo exiisti. Maximum est
sanctorum apostolorum testimonium: et quasi quoddam sigillum fidei, Cre-
dere enim iam dicunt quia a deo exiuit: hoc est ex ipso patre natus eternaliter
est / et uere filꝰ est, Hoc enī / nō certe aliud significat: quia ex deo exiuit. Sed ad-
uerte queso: unde et quibus argumentis: in hanc ueram et firmam fidem dedu
cti apostoli sunt, Nunc (inquiunt) scimꝰ omnia te scire: nec esse tibi opus ut ab
aliquo interrogeris, In hoc credimꝰ: q̄ a deo exiuisti, Quia omnia Christū / cor
da etiam ipsorum scire uiderunt: ideo filium dei uerum esse crediderunt, Deo
enim uero solummodo rerum omnium scientia conceditur: nec minus cogita-
tionum nostrarum, Quomodo ergo creatura erit: qui omnia nō aliter q̄ pater
Ioan,17, scit? ¶ Rursum ait. Hec autem est uita eterna / ut cognoscant te solum uerum 46
deum: et quem misisti Ihesum Christum, Solus est deꝰ uerus / pater: quia dii gē-
tium omnes falsi erant. Sed cum patre simul etiam filius / deus uerus est, Et spi-
ritus sanctus similiter: quia pater et filius et spiritus sanctus / unum sunt. ¶ Ad 47
hec adiungit, Manifestaui nomen tuum hominibus, Quod nomen patris ma-
nifestum saluator hominibus fecit? an quia deum esse predicauit? Sed prophe
te quoq; omnes: dominum omnium deum appellāt, et significatio huius nomi-
Gene,1. nis: etiam āte incarnationē uerbi dilucida erat, an quia creatorē esse ipsum pa
trem: Christus docuit? Sed beatus Moses genesim scribens: ita statim incepit,
In principio fecit deus celum et terram, Quod igitur nomen a saluatore decla
ratum est? Non aliud certe: q̄ nomē patris. Nemo enim ante incarnationē uer
bi aperte declarauerat: q̄ deus haberet filium ex seipso natum, Per euangeli-
cam autem doctrinam / in filium dei credidimus, Et ita patrē quoq; ipsum / ue-
re patrem esse cognouimus: a naturali pulchritudine filii ad pulchritudinē ge
nitoris sui deducti, Si ergo filius creatura esset: nō cognosceretur per ipsum de
us esse pater uere / sed creator, filius enim sic ad patrem dicitur; ut creatura
ad creatorem, Quare si re ipsa et uere deus pater cognitꝰ est: errant uehemē
ter / qui filium dei ex ipso deo uere natum non confitentur, Aliter enim nō erit
uerum: q̄ nomē patris hominibꝰ Christus manifestauit, ¶ Preterea, Noli me 48
Ioan 20, tangere: saluator ad Mariam post resurrectionem dixit. nondum enim ascen-
di ad patrem meum, Vade autem ad fratres meos: et dic eis, q̄ ascendo ad pa-

trem meum & patrem ueſtrum:& deum meum et deum ueſtrum,Hinc etiam
ſiquis aduertat/non creatura ſed uere filius dei Chriſtus eſſe oſtenditur,Nam
cum uere homo propter nos factus ſit/ſicut propria nature noſtre ſibi uere aſ=
ſumit:ſic ſua nobis attribuit/& ad honorē diuinitatis ſue hoīem exaltat,Hoīes
enī nos ſum⁹ ſecūdū naturā: ipſe uero de⁹ ſecūdū naturā/ſed fact⁹ eſt homo
ex miſericordia.Serui nos dei ſum⁹ſecūdū naturā. ipſe dn̄s quidē ſecūdū natu
ram:quia deus,ſed ſeruus factus eſt:quia uere homo,Contra etiam de⁹ipſe ſe=
cundum naturam eſt, nos per adoptionem ad fraternitatem eius uocati,Si er=
go nos per gratiam/dii &filii dei ſumus:erit uerbum dei(cuius gratia:dii & filii
dei facti ſumus)re ipſa uere filius dei, Non enim potuiſſet/ſi per gratiam ipſe
quoq; deus eſſet:ad ſimilem gratiam nos exaltare, Non enim poteſt creatura
quod a ſe non habet ſed accepit a deo:aliis propria poteſtate donare, Non eſt
49 ergo creatura filius dei:ſed uer⁹ deus. ¶Pax uobis:ſaluator ad diſcipulos ait, Ioan,20,
Sicut miſit me pater:et ego mitto uos, Cūq; dixiſſet: ſufflauit et dixit ipſis. Ac
cipite ſpiritum ſanctum,Creatiuus ſecūdum naturam ſpiritus ſanctus:a pſal=
miſta etiam predicatur,Emittes enim(inquit ad deum patrem)ſpiritum tuum
et creabuntur:et renouabis faciem terre, Cum igitur ſpiritus ſanctus & creat Pſal.103
et renouat omnia/ſicut ſubſtantialiter uerus deus:quomodo erit creatura fili⁹
50 qui creatoris ſpirit⁹ eſt largitor? ¶Inſuper.Cum diſcipuli Thome condiſcipu= Ioan,20,
lo dicerēt ſurrexiſſe ſaluatorem e mortuis/ſeq; ipſum uidiſſe: ſubdubitās Tho
mas reſpondit,Si non immittam manus meas in locos clauorum:non credam,
Cum dominus deinde rurſum apparuiſſet/ et manus atq; latus Thome oſten=
deret:ad firmam reuocatus fidem/ille magna uoce reſpondit, Domin⁹ meus/
et deus meus. Quo dicto et tunc laudatus fuit/& nunc a nobis in admiratio=
ne habetur:quia ſaluatorem uere & dominum & deum appellauit,Nec minus
beati ab ipſo Chriſto dicuntur/qui quamuis ipſum non uiderint: dominum
tamen et deum(ut Thomas)confitentur,Quomodo ergo erit creatura: ſi de=
us & domin⁹ eſt? cum iſte appellatiōes uere ac ſecundum naturam/increate ſo
lum nature/uere cōgruant.Q; ſi creatura eſſet filius ut iſti mentiuntur: non
erraret aliquis profecto ſi ceteras quoq; creaturas(ut uerbi cauſa/angelos)do=
minos et deos uocaret, Errat autem et impius exiſtimatur: quicumq; recentē
hoc eſt creatum deum & dominum ſibi facit.Non eſt igitur fili⁹ dei/ creatura:
51 ſed patri coeternus,¶Deniq; dicit euangeliſta,Multa etiā alia ſigna fecit Ihe= Ioan,20,
ſus coram diſcipulis ſuis:que non ſunt ſcripta in libro hoc, Hec autem ſcribun
tur:ut credatis quia Iheſus eſt Chriſtus filius dei.Non conſiderant profecto he
retici:que differentia ſit inter creaturam & filium. Creatura enim non eſt ex
ipſa creatoris ſubſtātia:ſed ad exemplum producta.Quod uero ex aliquo na
ſcitur & ex ipſa natura eius:hoc ipſum a ſimilitudine creaturarū ad deum cō=
mode reducere debem⁹/& ſic a noſtris diuina recte intelligemus,Cuius igitur
gratia/ſi creatura eſſet filius dei:multa dicit euangeliſta facta ſigna per Chri=
ſtum/ut credamus quia ipſe eſt filius dei? an quia difficile eſſet credere: ipſum
eſſe creaturam? Profecto nō,ſcripta enim eſſe ſigna inquit que Iheſus fecit:ut

credatis Chriſtum eſſe filium dei / deum uerum de deo uero. Ad hũc enim in=
tellectum:ſigna illa et miracula / ſumma cum poteſtate nos impellunt,

¶ Libri duodecimi / Theſauri Cyrilli;finis.

¶ Eiuſdem liber decimuſtertius,

¶ Qꝛ ſpiritus ſanctus / deus uerus eſt. ꝙ ex ſubſtantia patris et filii emanat.& ꝙ per filium creaturis donatur,

¶ Obiectio hereticorum, Cap.I,

I quoniam ſpiritus ex deo a ſcripturis dicitur / idcirco cõſubſtantia
s lis patri eſt:erunt omnia conſubſtantialia patri, Omnia enim / ex
deo eſſe ſcribuntur,et ita innumerabilis multitudo deorum intro=
ducetur, quod non ſolum impium: uerum etiam ſtultũ eſt. ¶ So=
lutio,Opus eſt ut qui uolunt recte ſcripturas intelligere : parati ad fidem ſint.
Eſaie,7. Niſi enim credideritis:non intelligetis / quidam ait propheta. Verum quoniam
impudenter multi hec nobis obiciũt:neceſſe eſt pro uirili parte conemur in ue
ritatem eos reducere / aut ſaltem a recte credentibus huiuſmodi tela ipſorum
repellere,Dicimus igitur ꝙ non ſimiliter ſpiritus ſanctus & cetera omnia dicũ
tur ex deo eſſe,Nam ſpiritus quidem ſanctꝰ in ipſo deo eſſentialiter eſt;et in=
ſeparabiliter ex eo prodit,Creature uero ex deo patre per filium in ſpiritu ſan
cto ad extra producte ſunt. ¶ Qꝛ ſi ex deo patre omnia eſſe dicuntur et ſpi= 1
ritus ſanctus ſimiliter / contendantqꝫ non eſſe differentiam inter creaturas et
ſpiritum ſanctum:dicant nobis queſo quare nulla creaturarum ſcit ea que dei
ſunt? et quare nulla inueſtigat profũda dei? cur etiam per nullam creaturam
ſecreta ſua deus pater reuelat: ſed ſolummodo per ſpiritum ſanctum? Quoni=
am igitur per ſpiritum creaturis reuelatio fit / ipſe uero ſpiritꝰ profunda quoqꝫ
dei nouit:patet quia non eſt ad extra productus ut creature / ſed in ipſo deo &
ex ipſo inſeparabiliter eſt,et ita deus uerus una cum patre et filio eſt: et nõ cre
1,Cori,2 atura,Hec autem ita ſe habere / Paulus teſtatur dicens, Nos autem ſpiritũ dei
accepimus:ut ſciamus que a deo donata ſunt nobis.Et rurſus, quis hominum
nouit que hominis ſunt:niſi ſpiritus hominis qui eſt in ipſo? Sic et que dei ſunt
nullus nouit:niſi ſpiritus dei qui eſt in ipſo,Et alibi, nobis enim reuelauit deus
Ibidem, per ſpiritũ ſanctũ,ſpiritus enim omnia inueſtigat:etiam profunda dei, ¶ Ad= 2
uerte ꝙ ſpiritus hominis nõ per reuelationem ſcit que in homine ſũt : ſed pro=
prie ac naturaliter occulta cordis cognoſcit,Sed ſpiritꝰ ſanctꝰ ſimiliter ſcit que
ſunt in deo patre:ſecundum Paulum,Sicut ergo ſpiritus humanus non eſt ali=
enus a natura hominis: ſic & ſpiritus dei patris eiuſdem ſubſtantie cũ ipſo deo
Rõma,8 patre eſt, ¶ Vos autẽ (idem ipſe paulꝰ ait) nõ eſtis in carne ſed in ſpiritu:ſi qui= 3
dem ſpiritus dei habitat in uobis.Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet:hic
non eſt eius.Si autem Chriſtus in uobis:corpus quidem mortuum propter pec
catum / ſpiritus autem uita propter iuſticiam, Diſce rurſum a Paulo rectas de
ſpiritu ſancto ſententias, hinc enim habes: ex ſaluatoris ſubſtantia ſpiritum
ſanctum eſſe / nec alienum ab unius deitatis eſſentia,Nam cum ſpiritũ dei uo=
cauerit:ſtatim et ſpiritum Chriſti appellauit / ut oſtenderet / omnia que patris

ſunt:in filium ſuum dum ex eo naſcitur naturaliter pertranſire, Sed ſpiritum ſanctum/Chriſtũ etiam uocat dicens, ſi autem Chriſt9 in uobis eſt, ut oſtenderet ſpiritum non eſſe alienum a ſubſtantia uerbi: ſed ita unum cum uerbo/ut quamuis in propria hypoſtaſi ſit:in ipſo tamẽ uerbo ſit/et uerbum in ipſo, Ex deo patre igitur ſpiritum ſanctum eſſe cõfitemur, ¶Sed heretici cetera quoq; omnia ex deo patre ſimiliter eſſe aiunt: et Paulum dicentem nobis incutiunt, unus deus pater:ex quo omnia, et ſic nõ ex ſubſtantia patris/ſed extra productum ſpiritum ſicuti creaturas contendunt: quoniam ex deo patre ipſe quoq; dicitur eſſe, ¶Neq; animaduerterunt:q, ſpiritus ſanctus in deo et ex deo inſeparabiliter eſt, Creature uero/ad extra per uoluntatẽ dei producte, ¶Quod Cauillus hereticorum 1, Cori, 8,

4 ita eſſe patet, quia cum ſpiritus ſanctus in nobis habitat:ipſe Chriſt9 qui eſt deus uerus/in nobis habitat, Non autem ita fit: ſi creatura in nobis habitat. non enim ſi angelus (uerbi gratia) uel archangelus in nobis habitaret: deus quoq; ſtatim diceretur nobiſcum habitare, Cum igitur tanta differentia inter ſpiritum et creaturam ſit/patet ſpiritum nõ eſſe creaturam:quia naturaliter in ipſo creatore eſt/et ita eiuſdem eſſentie cum patre et filio neceſſario inuenitur,

5 ¶Rurſum idem Paulus, qui inquit ſpiritu dei ducuntur:filii dei ſunt. Non eni Roma, 8 accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptiõis/in quo clamamus:abba/pater, Si ergo ſpiritus ſanctus filios dei facit eos in quibus habitat/et participes dei oſtẽdit:eoſq; deo ipſi coniungit/adeo ut poſſint clamare/abba/pater:nõ erit certe ſeru9 nec creatura/ſed eſſẽtialiter de9 uerus/ex ipſo deo patre per filium creaturis donatus. Et ideo deos et filios dei per adoptionem

6 nem facit eos:in quibus habitat. ¶Ipſe (inquit) ſpiritus conteſtatur ſpiritui noſtro:quia ſumus filii dei. nam quia ex ſubſtantia filii eſt: ideo Chriſtus largitur ipſum ſanctis hominibus, Verbum igitur dei per ſpiritum ſanctum in nobis habitat:et ſic adoptamur in filios dei/ipſum filium in nobis habentes/ad quẽ ſpiritus ſancti participatiõe reformamur; et ad filiorũ cõditionẽ per gratiam ſuſcepti/dicere audem9:abba/pater. Natura igitur et eſſentialiter/ſpirit9 ſanct9 Ibidem

7 deus eſt, quoniã qui ipſum ſuſcipiunt:dii per gratiam efficiũtur, ¶Sicut enim 1. Cori 15, induimus (rurſum Paulus ait) imaginem terreſtris:induamus et imaginem celeſtis, Terreſtrem hominem appellat: primum omnium hominum, Cuius imaginem induim9:in ſimilitudine preuaricationis eius ad mortem atq; corruptionem impulſi. Celeſtem autem uocat:dominum noſtrũ Iheſum Chriſtum, Cuius imaginem hoc eſt uiuificantem ſpiritum ſi acceperimus: ad ipſum uiuũ dei uerbum reformamur/et ad incorruptionem reducimur/in eternam uitam renouati. Spiritus eni eſt qui uiuificat:ut ſaluator ait. Quemadmodũ igitur quoniam fili9 imago patris eſt/ſi quis filiũ ſuſceperit/patrem etiam habet:ſic quoniam ſpiritus ſanct9 imago filii eſt/ſi quis eum ſuſceperit/filium quoq; habet, Itaq; ſi quis ſpiritũ ſanctum acceperit:et filium et patrẽ ſimiliter accepit. Quomodo igitur ſpirit9 ſanct9 cum ſit incõmutabilis imago filii dei:inter creaturas cõnumerabitur? Non puto aliquem ita inſanire:ut audeat dicere/poſſe creaturam aliquam/incõmutabilem creatoris imaginem eſſe/et ueram atq; perfe- Ioan. 6,

fectam:ita scilicet ut omnia in se ipsa sint/que in eo sunt cuius imago est. Deus
igitur uerus/spirit⁹ sanctus est:quoniã filii dei (qui est uerus deus) imago per= 8
1,Cori.14 fectissima est, ¶ Scriptum est rursus, prophete duo uel tres loquantur, et dein
ceps, Si autem omnes prophetant/introierit autem infidelis aliquis uel idiota:
redarguitur ab omnibus/et occulta cordis eius manifesta fiunt. et sic cadens in
faciem adorabit deum:annuncians quia uere deus in nobis est, Quoniam igitur
qui spiritum sanctum aceperunt/sicut deum habentes in seipsis prophetant/
et ideo in admiratiõe habent: quomodo erit creatura spirit⁹ sanctus? aut quo
modo non erit uerus deus:a patre per filium ad idoneos procedens/sicut et ca=
1.Corin, 14 lor ex igne ad reliqua corpora? ¶ Qui enim loquitur linguis inquit:non homi 9
nibus loquitur sed deo, nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria, Ec
ce aperte Paulus dicit deo ipsum loqui:qui linguis loquitur, Deinde non min⁹
aperte deum esse spiritum sanctum ostendit dicens, Spiritu autẽ loquitur my=
steria, Quomodo igitur non erunt impietatis rei: qui inter creaturas audent
2,Cori,6 spiritum sanctum collocare? ¶ Ad corinthios itidem scribens Paulus ait, Nos 10.
Leui.26, enim templa sumus dei uiui:sicut dixit deus, inhabitabo in ipsis/ et inambula=
Ephe,4. bo:et erunt michi in populum/et ego ero ipsis in deum, Et paulo post. nolite cõ
1,Corin,3 tristare spiritum sanctum dei:qui habitat in uobis, Et rursum, si quis templũ
dei corrumpit:corrũpet hunc deus. templum enim dei sanctum est: quod estis
uos. Si ergo sancto spiritu accepto/domus et templum dei efficimur/ et deum
habemus in nobis habitantem et inambulantem:quomodo spiritus sanctus nõ
Roma.1, erit uerus deus? aut quomodo erit creatura: ut cõtendere audent qui scriptu=
re obtemperare non solent? ¶ Idem Paulus seruum se ipsum Christi & uoca= 11
tum apostolum dicens:destinatum se in euangelium dei ait. Id ipsum etiam ali
2,Cori,3. ter significans scribit ad quosdam de deo. qui sufficientes nos inquit ministros
noui fecit testamenti: non littere sed spiritus. Si ergo testamentum spiritus/ip=
sum euãgelium dei ad quod destinatus fuit appellat:quomodo spiritus sanctus
Roma,8 non erit deus? ¶ Idem Paulus rursum scribit. Si autem spirit⁹ eius qui Ihesum 12
Christũ suscitauit a mortuis/habitat in uobis:ipse qui suscitauit Ihesum Chri=
stum a mortuis/uiuificabit & mortalia corpora uestra per spiritũ suum qui ha
bitat in uobis, Si creatura/spiritus sanctus est/secundum hereticorum furorẽ:
quomodo totam operationem dei habet? Non enim puto posse aliquos adeo
insanire: ut audeant dicere deum uerum organis atq; instrumentis aliquibus
operationes suas ad extra emittere, Quoniam igitur uita secundum naturã
filius est/& spiritus etiam sanctus (quem ipse largitur) uiuificat:necesse est om
nino confiteri/spiritum sanctum ex substantia patris et filii esse/ totamq; ipsi⁹
uirtutem atq; operationẽ habere. ueluti si ex aqua uapor ascendat:et eos friges=
faciat ad quos peruenit, Non enim aliam naturam q̃ ipsius aque ostendit.
¶ Q; spiritus sanctus deus est/et eandem operationem cum filio habens: nec
est alienus a substantia filii, et q; quando deus dicitur habitare in nobis:ipse spi
ritus est qui habitat.

Cap.II,

1 Aulus ad Timotheum scribens ait. Bonum depositum serua: per spiri= 2, Timo, 1
2 P tū sanctum qui habitat in nobis. ❡ Ad Romanos autem. non audeo Roma, 15
loqui aliquid eorum que non fecit Christus per me: in obediētiam gen
tium uerbo et opere / in uirtute signorū et prodigiorum / in uirtute spirit⁹ dei.
Et rursus, Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum Ihesum Christū Ibidem
3 et per charitatem spiritus sancti: ut adiuuetis me in orationibus uestris. ❡ Ad
Corinthios, an ignoratis quia membra uestra templum spirit⁹ sancti sunt / qui 1, Cori, 6
in uobis est: quem habetis a deo? Et rursum, qui adheret domino: unus spiritus
4 est. Ecce aperte hic spiritum sanctum / dominum esse ait. ❡ Quod dilucidi⁹ fa
cit: dicens de Iudeis. usq; ad hodiernum diem idem uelamen in lectione ueteris Ibidem
testamenti manet, Nonne cum legitur Moses: uelamen super cor ipsorum ia=
cet? Quando autem conuertuntur ad dominum: aufertur uelamen, dominus 2. Cori, 3,
uero: spiritus est, ubi autem spiritus domini: ibi libertas. Et rursus, Nos autem
omnes discooperta facie gloriam domini intuentes: in eandem imaginem re= Ibidem
formamur a gloria in gloriam / sicut a domini spiritu. Quoniā igitur unus est 1. Cori. 8,
dominus Ihesus Christus / ut ipse Paulus ait / et quoniam spiritū sanctū / domi=
num similiter appellat: nullam certe differentiam essentialem filii & spirit⁹ no= 1, Cori, 2,
uit, Et ideo spiritum sanctum / dominum similiter appellat: sicut ex ipso filio &
5 in ipso naturaliter existentē. ❡ Idem quoq; Paulus scribit, Quis cognouit mē
tem domini? Deinde ait, nos autem mentem Christi habemus. et intelligit spi=
ritum sanctū qui habitat in nobis, Si ergo mens Christi uocatur: quomodo erit
creatura? cū nullo mō possibile sit / ut deitatis natura que simplicissima est: ha=
6 beat aliud in essentia sua nisi eternum atq; increatum. ❡ In hoc (inquit euan= 1. Ioan. 4
gelista Ioannes) cognoscimus quia in nobis est deus: ex spiritu quem dedit no=
bis, Et rursum. In hoc cognoscimus quia in ipso manemus et ipse in nobis: quia
de spiritu suo dedit nobis, Si ergo spiritu sancto inhabitāte in nobis / deus est q
inhabitat: quomodo spiritus nō erit deus? cum omnia propria que dei sunt ha
7 beat: et a deo patre per filium creaturis prebeatur. ❡ Christ⁹ etiam ad Iudeos
ait. Si autem in digito dei ego eiicio domonia: uenit ergo in uos regnū dei. Di= Luce. 11,
gitum hic dei: spiritum sanctum nominat. Modo enim quodā ex substātia dei
emanat / et naturaliter inde dependet: sicut ex humana manu digitus. Brachi=
um enim et dextram dei / filium dei scripture uocant. Saluauit enim (inquit) ps. 97.
dextra eius: et brachium sanctum eius. Et rursus, domine sublime est brachi=
um tuum: et nesciuerunt. Quemadmodum igitur brachium toti corpori na= Esaie, 53,
turaliter coaptatur / omniaq; facit que menti uidentur / inungere quoq; so=
let digito: sic filium quidem dei ex ipso et in ipso patre naturaliter esse intelligi=
mus. Ex filio autem naturaliter ac essentialiter spiritum sanctum / sicut ex pa=
tre prouenire credimus: per quem filius omnia inungens sanctificat. Non est
igitur aliud spiritus a deitatis essentia: sed ex ipsa et in ipsa naturaliter / sicut et
digitus in manu et man⁹ in corpore. Eiusdem enim substātie digitus cum ma=
nu / et manus cum corpore est. Hec cum ita se habeant: deus certe uerus et nō
8 creatura / spiritus sanctus est. ❡ Quo ibo a spiritu tuo (psalmista canit) et a fa ps. 138.

cie tua quo fugiam? Si ascendero in celum / tu ibi es; si ad infernum descẽdero /
ades, Si suscipiam alas meas in mane / et habitabo in extremis maris: etenim ibi
manus tua deducet me / et detinebit me dextera tua. Spiritum sanctum tum fa
ciem patris appellat: quoniam ostendit ipsam essentiam dei unde est, tum ma=
num: propter uirtutem omnipotentem que ipsi inest, Quomodo igitur nõ erit
uerus deus et consubstantialis patri spiritus / qui ex ipso et in ipso est: non sepa
ratus ab eo / quemadmodum et manus non est separata a corpore humano?
Math, 16 ¶ Q̄ autem spiritus sanctus deus sit: ab apice quoq; apostolorum Petro / cui 9
hec mysteria (ut saluator ait) non caro nec sanguis: sed pater ipse celestis reue=
Actuũ, 5. lauit / discere possumus, Dicit enim ad Ananiam. Anania / cur sathanas imple
uit cor tuum et mentitus es spiritui sancto / tibiq; attribuisti a precio loci? Et ad
dit. non mentitus es hominibus sed deo, Si ergo spiritui sancto mentitus / deo
Gala. 4. mentitur: deus recte spiritus est et non creatura, ¶ Paulus item ad Galatas, fi= 10
lioli quos rursum parturio: quoadusq; formetur Christus in uobis, Formatur
autem Christus in nobis per operationem spiritus sancti: renouatis nobis in si=
militudinem suam / et spiritalibus effectis. Deus igitur est spiritus Christi: quo
in nobis ipse Christus formatur, ¶ Deus etiam ipsius aduentus saluatoris bo= 11
Hiere, 3. na nobis prenuncians: de gregibus suis dicit, Suscitabo ipsis pastores secundũ
cor meum: et pascent greges cum scientia. Paulus uero Ephesinis presbyteris
Actu, 20, scribens dicit, Attẽdite uobis ipsis et omni gregi: in quo uos spiritus sanctus po
suit episcopos, Aduerte q̄ deus solicitus est hoc facere: quod cum potestate spi=
ritus sanctus facit / pastores suscitans / ut predictum est a prophetis, Non est er
go alienus a deitatis essentia spiritus sanctus, sed quasi operatio naturalis ac es
sentialis / in propria tamen hypostasi / ex ipso prodiens deo / et in ipso manens:
Ioan, 17, omnia que dei sunt operatur, ¶ Ad hec, Christus ad suum patrem de nobis 12
dicit, sanctifica ipsos in ueritate tua. Et ipse deus rursum per Ezechielem pro=
Eze, 38, phetã, Et ero ipsis deus: et ipsi michi erunt populus. Et cognoscent gentes quia
ego sum dominus: qui sanctifico ipsas, Vide q̄ deus est qui sanctificat perma
nentes in charitate sua. Spiritus autem sanctus sanctificat. deus igitur est: et nõ
creatura, ¶ Insup, Hominẽ a dei uerbo assũptũ esse: uniuersa scriptura clami 13
tat, nec isti negare audent. De ipso igitur Christo scriptum est: quia ducebat
Math, 4, spiritu in eremum. et ducebatur Ihesus in uirtute spiritus in Galileam, Dicant
Luce, 4, ergo nobis qui spiritum inter creaturas collocant: quomodo filius dei qui est sa
pientia et uirtus patris / ipsius spiritus sancti uirtute modo in Galileam duceba
tur: modo in eremo diabolum uincebat. An ita imbecillem dicunt filium dei fu
isse: ut creati spiritus secundum ipsos auxilio indigeret? Et quomodo dominus
uirtutum / creature adminiculo quasi necessario uteretur? Quoniam igitur id di
ctu stultissimum est: necesse est deum esse spiritum sanctum / qui naturaliter
ex patre in filio est / et totam ipsius habet operationem. Verbum autem: per spi
ritum sanctum uincit. Vtitur enim ipso: ut propria uirtute, Est et in eo essentia
liter: quo et diabolum in eremo uicit / et in Galilea signa effecit, omnia enim ex
Hiere, 23 patre per filium in spiritu sancto facta sunt. ¶ Rursu, deus ex parte cuiusdam 14

prophete.Nonne ego celū et terrā impleo:dicit dn̄s? implet aūt:quia ubiq; per Hiere,23,
spiritū suū est,Quod ostendit dicēs.quo ibo a spiritu tuo? Si ascēdero in celū: ps,138,
tu ibi es,et cetera.Si ergo deus oīa replet/idq; per spiritū sanctū:deus certe spi
14 ritus sanctus est/et non creatura,❡In deo uero(Paulus ait)uiuimus et moue Actuū 17
mur/et sumus,Dn̄s autē noster Ihesus Christ9 has operatiōes a deo nobis da=
tas:a spū sancto datas asserit dicēs,Spirit9 est qui uiuificat.Si ergo deus est/in Ioan,6,
quo uiuim9 & mouemur/secūdū Paulū:uiuim9 aūt in spiritu/secūdū saluato
15 re:nō erit creatura spirit9 sanct9/sed de9 uerus. ❡Insup,Ego(ait saluator)et
pr̄ ueniem9:et mā̄sionē apd̄ eū faciem9.Sed nemo dubitat patrē & filiū in san= Ioan,14,
ctis uiris per spiritū suū habitare.Quoniā ergo patris et filii simul presentiam
spiritus sanct9 cū in hoībus habitat facit:pspicuū est ipsū nō esse alienū a dei=
tatis essētia/sed ex ipsa naturaliter emissū:totā pr̄is et filii habere operationē.
Q2 autē spiritus sanctus a patre per filiū ad sanctos uiros mittitur:ipse salua= Ioan.15.
tor ostēdit dicēs,Quādo aūt ueniet paraclet9 quē ego mittā a patre spiritū ue
ritatis/qui a patre procedit:ille testimoniū perhibebit de me.Et rursum.Para Ioan.14,
cletus autē spiritus sanct9 quē pater mittet in noīe meo:ille docebit uos oīa/&
suggeret uobis oīa que dixi uobis,❡Preterea,Paul9 seipsum in pricipiis epi= Roma,1,
stolarū apostolū Ihesu Christi uocatū appellat:apostolatū ab ipso Ihesu Chri
sto accepisse ostendēs.In actib9 uero apłoꝝ huiusmodi aliqd scribit,ministrā Actuū,13
tibus autē ipsis dn̄o et ieiunantibus:dixit spiritus sanctus.Segregate mihi Bar
nabā et Paulū ad opus ad quod uocaui ipsos,Si ergo a spū sancto in apostola=
tū uocatus/a Ihesu Christo uocatus dicit:manifeste pbat spūs sanct9 nō esse
alienus a substātia filii/sed esse in ipso filio & ex ipso/ sicut operatio quedā na
turalis in propria hypostasi:et ideo omnia facere posse que uult/sicut & filius.

❡ Q2 spirit9 sanctus perfectus est:nec quicq̄ in eo est imperfectum. Cap.III,

❡ Obiectio hereticorum,

Ed quomodo(inquiunt)nō erit stultum ex substantia dei patris spiri
5 tum predicare:et deū ipsum putare? cū deus perfectus sit/et nihil ha=
beat imperfectionis.Spiritus autem imperfectus:quippe qui nihil ha=
beat ex seipso,sed qcquid habet:participatiōe habeat,quod liquide saluator
in euāgeliis dicit,Nō enim (inquit)loquetur a seipso:sed loquetur que audiet, Ioan,16,
Certe si spūs perfectionē haberet:loq̄ret etiā a seipso/nec admonitiōe alterius
semper egeret,❡Solutio,Nō iniuria mirabit aliqs tātā esse hereticoꝝ uel su=
perbiā uel amētiā.Quib9 eni doceri possūt deū esse spm̄ sanctū/et fructū(ut
ita dicā)diuine essentie:qm̄ i ipsa est/et ex ipsa iseparabiliter puenit/et eiusdē
